in mortario aut emplastrum quod
fit ex bdellio oppoponaco ar-
moniaco et sapino dissolutis
in vino mixtis et incorporatis cum
pinguedinibus anium et farina
seminis lini et fenugreci Un-
gatur locus cum oleo de spi-
ca et oleo de mastice mixtis

uel oleo de costo Confortetur
locus et firmetur cum bindis et sus-
tentaculis dictis superius Jaceat
ut plurimum supino corpore uel
super aliquod latus Comedat
carnes assatas uel coctas
in testula et pastillo et uitella
ouorum et cicera fracta et far-
rum et risum condita cum lacte
amigdalarum et eius carnes
condiantur cum pipere et speciebus uel
cum sinapi Bibat vinum ru-
beum clarum acutum limpha-
tum aut bibat claretum factum
cum vino mello et speciebus
In omnibus suis condimentis ciba-
riis emplastris et unctionibus pro
posse ponatur ysopus quia
de proprietate valet ad hanc
passionem aquarium cum fiat
et specialiter siue cum ficubus siccis
et liquiricia imponitur Cura
gibbositatis ex vetustate replen-
te est ut procedatur aqua
cum rebus carminantibus ventosi-
tatem et specialiter post purga-
cionem cum pillulis fetidis maioribus
aut cum medicamine de her-
modactilis quod sic fit Recipe hermo-
dactilos albos ʒ j turbith
ʒ j dyagridii ℈ j scamonee grana
dyacinziberos ʒ ij mell rosa-
cei ℥ j misceantur datur
ante diem per duas horas cum
aqua calida decoctionis ci-
mini et uellis medietas istius
medicaminis datur in pueris
in adultis datur totum plus et minus
secundum uirtutem et etiam consideracionem Con-
tinue super locum in quo apparet
uestigium gibbositatis ponatur
emplastrum quod fit ex sinapi ster-
core columbino et ficubus siccis
equaliter mixtis et simul incorporatis
si feruor et uesicacio uel rubor

factus in loco per istud emplastrum
infirmum ledet removeatur
emplastrum et ungatur locus cum
oleo rosaceo vel de mirtis
usque ad fervoris cessacionem.
Postea ungatur locus cum oleo de
costo in quo pulvis cimini
dissolvatur. Empletur locus
cum emplastro facto ex calamento
pulegio origano carui et
cimino et farina lupinorum lini
seminis et fenugreci involutis de
tectis et incorporatis sunt solu
armoniacum ipse ex se fusum su
per eam vel cum oleo de costo
vel de liliis mollificatum ipse
operatur in hoc resolvit vento-
sitatem et ossa suis locis stabilitis
firmat ex calefaciendo loca
lesa. In omnibus aliis dieta et
potu unctionibus et emplastris li-
gacionibus et aliis regulis fiat
ut narratum est supra in cura
gibbositatis propter materiam frigidam
ut apostema frigidum. Aqua
cum qua limphatur vinum ipsius
est aqua decoctionis cardamomi
vel piperis vel longi piperis et
silium. Cura gibbositatis propter
asma aut tussim est cura
asmatis et tussis ut dictum est
capitulo de tussi et asmate non
negligendo modum medicacionis
emplastracionis unctionis et mun-
dificacionis deinde ex ipso capitulo

Capitulum clxxxxvi de vari-
cibus et elephancia

Varices sunt vene gros-
se inde vel nigre ple-
ne sanguine melancolico vo-
lute apparentes super crus et
accidunt pluries illarum porta-
tibus honera in dorso viatoribus
ferrariis et cursoribus. Ele-
phancia est infirmitas que
accidit in pede et crure ex
materia grossa sanguinea vel
flatica que propter adhesionem ad
grossiciem et duriciem inclinat
infiltrata in omnibus membris cru-
ris et pedis et in cute ita quod tota
ipsa cutis vesicatur et pustulatur
denigratur et plumbescit et
magnificatur pes et crus ultra
debitum et corrugatur pellis cru-
ris et pedis et asperatur cum qui-
busdam scissuris et fit apostema
durum difficilis sanacionis
ymo in veritate impossibilis sanacionis
precium medicinalem et appel-
latur hec infirmitas a sapien-
tibus lepra pedis vel cruris
aut utriusque. Signa varicum
ex se per visum et tactum manifes-
ta sunt. Signa elephancie
ex sanguine grosso melanco-
lico sunt caliditas loci quoad tac-
tum et tenebrositas in colore
et asperitas et aliquid ex eminen-
ciis et exitus sanguinis nigri
ex locis cruris vel pedis et
urina infirmi spissa tenebro-
sa vel radiosa citrina vel citri-
na apparens et usus ante infirmitatem
ciborum generancium sanguinem
grossum ut carnes bovi-
ne et arietine vinum spissum
grossum et turbidum. Signa
elephancie que fit ex flate
grosso vehementer sit gros-
situdo cruris et pedis in similiter
absque rubedine et intensa
asperitate loci et tactus loci in-
venitur frigidus absque calore
et nimis intensa et non habet
eminencias pustulatas ut

sanguinea Cura varicum dicta
est in cyrurgia nostra et hic gratia
tractatus aliquid circa ea dice
ndum est quod hec infirmitas propter
eius confirmacionem non recipit
curacionem per medicinas in princi
pio est in via fiendi potest benefi
cio medicinali ~~curat~~ curari
absque cyrurgia male tamen fiat flo
tomia de basilica pedis non infir
mi et infirmi eadem die uel diuer
sis diebus et flobotomia pedis sa
ne precedat Si aut infirmitas
esset in ambobus cruribus fiat
flobotomia in ambabus manibus primo
postea in cruribus ambobus Et
vena in pedibus et manibus perscru
tatur inter anularem et auri
cularem digitum et hec vena in cu
bito vocatur basilica quia est
basis omnium venarum existencium in
brachijs et que est super radice ma
gis ab epate aliis omnibus exis
tentibus in brachijs et in locis dic
tis In manibus appellatur epa
tica et splenetica et in pedibus
saluatella mundificat enim et
minuit flobotomia huius vene et
istas venas plus omnibus aliis
venis melancoliam et grossum san
guinem tocius corporis Purge
tur totum corpus cum pillulis fetidis uel
cum decoccionibus factis de elle
boro nigro causa de melia Ru
gatur totus locus cum oleo de
mirtis et oleo rosaceo inmotis
cum puluere gallarum combustis uel
gallarum simpliciter Emplastretur
totum crus et confortetur cum em
plastro facto ex farina milij
melice ordei ana ʒ v et ex puluere
boli armeni ciperi mirtorum ana ʒ ij

et ex oleis de mastice ʒ vj
in fine addatur tantum vinum ru
beum stipticum quod sufficiat ad in
corporandum totum ponatur contra
sura crus et crura et leniter
bene firmetur bene cum binda et
ordinetur quod infirmus die et
nocte cum iacuerit quod eleuatis
cruribus et pedibus iaceat Ab
stineat a motu et labore pe
dum et crurium propter posse quia talis
motus uel labor est potentis
sima causa istius infirmitatis
Non vtatur talis infirmus vino
grosso nouo uel veteri sed vino
acuto albo claro subtili lim
phato super naturam vini et debili
tatem et fortitudinem sui capitis
et neruos Abstineat ab omnibus
grossis quantitatibus humores grossos
melancolicos videlicet a carnibus
grossis bouinis et porcinis salitis
caseo lacte piscibus azimis et
ab omni legumine et pane mil
lio et de melica et silligine
et ordeo Vtatur carnibus edi
castrati arietis annualis galli
nas caponum pullos et omnium
auium degencium in arboribus
et in pratis et non in aquis et
vitellis ouorum et spinachijs
borragine feniculo petro
sellino lactucis attriplicis cu
curbitis et similibus Est et aliquis
modus curacionis contra talem
infirmitatem qui semper debet
sequi ad mores predictum et est
pertinens ad cyrurgiam plus
qui sic fit Emplastretur locus
qui est sub genu per digitos
iiij cum bitumine quod fit ex bolo
armeno mumia aloe mastice
draganti gummi arabico equaliter

pulverisatis et cribratis et incorporatis
cum albuminibus ovorum extendatur
totus locus dictus cum isto emplastro
et firmetur fortiter et bene super
locum cum binda ita quod humo-
res non possunt ad inferiora des-
cendere per venam aliquam et di-
mittatur sic per diem unam sequen-
ti die aperiatur illa vena
magna vel magnificata cum
flebotomia in loco qui est super
cavillam pedis et per digitos
iiii vel tres et sit vulnus flebotomie
satis magnum vel grossum sangu-
inis totus evacuet et dimittatur
fluere ex flebotomia sanguis
qui est in vena tamdiu quod tota
vena que est a bitumine cum
ligatura inferius facta sub
genu perfecte evacuetur et hoc
cito fiet quo facto constringatur
sanguis et ligetur vulnus flebo-
tomie et totum crus usque ad ge-
nu de novo vel bitumine dicto
et bindis. Et ordinetur quod stet
infirmus sic usque ad dies iii
cruribus et pedibus elevatis
et sic curabitur per continuacionem
bituminis et ligature usque ad
tempus si deus voluerit. Alius
modus curacionis per viam cirur-
gie qui est valde nobilis
sic sit fiat ligacio cum bitumine
et binda fortiter sub genu ut
dictum est postea scindatur
pellis que est super venam
vel naticam subtiliter ita quod
corpus vene manifeste appareat
et non ledatur. Similiter fiat in
loco qui est super cavillam
pedis. Tunc vero habet fieri sutura
in loco superiori et inferiori hinc
incidatur corpus vene totaliter

ex toto sicco super ligaturam in loco
qui est apud cavillam infra
ligaturam in loco qui est super genu
et quod est in medio totum evacue-
tur. Post vero evacuacionem totalem
vene que est in medio duarum
ligacionum ligetur totum crus cum
bitumine et bindis et stet pe-
dibus elevatis sic usque ad di-
es iii. In cibo et potu fiat ut
dictum est in cura absque inci-
sione superiori. Attende si post
ligaturam cum bitumine et
binda fieret stupor in pede
et membris inferioribus et denigra-
cio quod significaret membri in-
ferioris mortificacionem tunc opor-
tet te esse attentum in hoc
diligenter et considerare ne error
accidat peyor priore. Cura
elefancie sive fiat ex sanguine
sive ex quacumque causa fiat
post eius firmacionem et augmen-
tum curacionem non recipit per
viam medicinalem in principio
sive nativitatis et cum est in via ut
fiat et augmentetur potest per
beneficium medicine curari sine
aliud cura racionabiliter pro-
ceditur. Si autem elephancia
contingerit sanguine grosso me-
lancolico primo mundificetur
totum corpus cum pillulis et medi-
cinis dictis capitulo de melia.
fiat flebotomia de salvatella
vel basilica pedis contrarii tunc
ventosacio cum scarificacione su-
per crus et pedem et fiat
flebotomia de vena que est
intra crura et pulpas aut
genu. Leniatur cum pecia uncta
omni die totum crus cum pede
cum oleo de mirtis calido vel

oleo rosaceo in quo iniecta cy-
pressi sint decocte fiat emplastrum
super crus cum rosis flore camo-
mille mellilloto pulvere mirtorum
et boli armeni et farina gallarum
mixtis et incorporatis cum oleo
rosaceo et innstillagine citoniorum
vel psillii et farina melice vel
milii. Stet usque ad finem cure
pedibus elevatis multum et ordi-
net quod omnino abstineat a motu
et coitu. Comedat carnes edi
et castrati et arietis annualis
et carnes gallinarum et caponum
et pullos gallinarum et columba-
rum. Comedat et intiba quorum
summitatem atriplicis feniculum
lactucas et endivialem petrose-
linum et borraginem et coriandrum
omnia talia cum lacte amigda-
larum et butiro et cum speciebus abs-
que pipere et zuccaro. Bibat vinum
album clarum odoriferum bene
lymphatum. Abstineat ab omnibus
carnibus silvestribus quia de
proprietate generant sanguinem melan-
colicum et grossum et ab animalibus
caseo et carnibus ~~assatis~~ salitis
et lacte et ab omnibus leguminibus
et a vino novo et veteri grosso.
Abstineat a multa repletione
cibi et potus. Sepe reiteretur
mundificatio cum medicinis et pillulis
et ventosacio cruris et flebotomia
vene que est in curvatura po-
plitis vel genu et sic remane-
bit illesus. Cura elephancie
ex flegmate grosso est ut omni
ebdomada semel aut bis
fiat vomitus post repletionem
cibi et potus et laboris et motus et
stet cruribus et pedibus eleva-
tis. Mundificetur totum corpus

aliquando cum medicina que deturbit
vel cum pillulis de hermodactilo
maioribus. Scire hic convenit
quod multum est quod in hac cura ex
quacumque fuerit causa possit vo-
mitum equari et spalitus si ex
flegmate fuit. Ungatur de-
inde crus totum leniter cum penna ex
oleo de mirtis et oleo de lilio
mixtis simul et fiat emplastrum
super totum crus et pedem cum
absinthio contuso pistato et incor-
porato cum pulvere nucis cypressi
mirtorum boli armenici mirre
aloes oleo de mirtis et farina
melice et siliginis et innstalla-
gine citoniorum seminum vel inns-
tillagine seminis feniculi et
vino rubeo stiptico. Utatur
cibis et potibus dictis supra
et condimentis sine pipere et croco.
Sepe abluat crus totum
cum pede ex aqua decoctionis
cineris vitis caulium et absin-
thii quia de proprietate hec aqua
multum resolvit et exsiccat
et teneat in ipsa crus tempore
quo ligentur firmiter emplastra
cum binda super locum comincien-
do ipsum locum fortiter. Nam
talis ligacio membrorum conferat
ut de levi materiam decurrentem
ex superioribus membris non recipiat.

Capitulum clxxxxvii de vul-
neribus et excoriacionibus que
fiunt in ligaturis in dorso et an-
chis quando longo tempore iacere
cogitur vel quando propter equita-
cionem talia fiunt aut propter
calciamenta stricta

Iste modus infirmitatis quamvis
manifestam et simplex cum

habeat disponit loca i quibus
sit p maliciam currentem ad
ea p fricacionem et compressionem
factam i eisdem locis q ma
calida vel salsa semper indica-
bit et cum completa fuit tal
infirmitas ab omnibus excor-
tiacio appellatur accidit ut
in dorso anchis et natibus Sig-
na excorriacionis future sunt
pruritus et dolor et rubedo i
dorso vel anchis aut co-
xis et spalit propterea quod equus
iacuit longo tempore i infirmi
tate sup loca illa contingit
ex illa accidencia qn homo
equitat sessionem aut sella
strictam et fricant loca co-
biarum et naticas et calefiunt
ultra debitum Cura aqua
cumque ea contingat excorriac
i membris narratis est ut sta
tim a primo epithimet loca
lesa cum pecijs infusis i aq
rosacea et sternatur cum folys
salicis et molarum et mitorum aut
epithimet cum suco solatri
aut sempvive vel aq de
coccionis sumach mixto cum
aqua rosata et ordine quod
qn pecie infuse i liquoribus
pdictis uidentur exsiccari
infrimdant iterum et iterum tandem
quod feruor et ardor et pruri
tus fuerint remoti Postea
omni die bis vel ter pona-
tur sup excorriacionem un
guentum de cerusa quod feruo
rem remouet et consolidat
ttes excorticaciones Pulvis
corticum granatorum de proprietate
consolidat omnem excorti
cacionem postquam aliquos
dies excorriacio epithimata
fuit ex epithimatibus dictis
Et talis pulvis qui sit ttus
et cribatus ut alchol hoc cum
ultimo sic pt recs teri et cribari
aliter enim non ualet sic i con-
solidacione istius infirmitatis et
sup istum pulverem semper pona
pecia infusa in aqua rosacea
vel aqua decoccionis sumach
vel mirtorum et sic in breui dei
consolidabitur excorriacio
et spalit sicut propter equitacionem con
tingerit aut propter stricta calci
menta Ca^m clxxxvii

de doloribus qui fiunt i extremi
tatibus membrorum et membris
exterioribus etc

Dolores autem dolores i istis
membris et locis contingunt
s. i manibus vel pedibus et
fiunt subito et non accidunt
consueti et non fiunt a casu neque
percussione neque ex causa extrin
seca manifesta sed propter materia
currentem vel causa intrinse
cam hoc euenit Nec ex-
stimandum est quod istud conti
git aut propter alteracionem complexionis
membri aut propter cursum mate
matie calide vel frigide ad
loca dolosa vel lesa Signa
dolorum contingencium ex causa
calida in extremitatibus membrorum
sunt rubedo et calor et pru
ritus que significant alteracionem
complexionis membrorum si fiunt
absque timore manifesto et
duricie cum caliditate Si autem cum
timore talia et duricie loci
fiunt apostema calidum futurum
significant Signa dolorum
prouenientium ex causa frigida i me
mbris extremitatibus sunt prnacio
caloris et rubedinis et stupor et
fuscedo et grauitas et formicacio

que cum fiunt pallidissima futura a
membri ipsius mortificationem signi-
ficant. Cura dolorum con-
tenaum in extremitatibus membrorum
ex causa calida primo oportet ut
ungantur loca dolorosa cum oleo
rosaceo calido aut cum unguen-
to facto ex oleo rosaceo et cera
mixtis et incorporatis adinvicem
Si autem per hoc non removetur
dolor membrorum si fuit in am-
bobus pedibus fiat flebotomia de
~~pedibus~~ ambabus manibus Si
vero in manibus fuit fiat flebo-
tomia de pedibus de vena que
est inter anullarem et auricu-
larem digitum Si autem in uno
pede vel manu tantum fuit fiat
in contrario pede vel manu contraria
Postea ungatur locus cum oleo
rosaceo calido vel cum unguento
dicto Nutriatur usque ad tres
dies vel circa id cum dieta frigida
et subtili videlicet cum succo orde-
i vel farine avene vel spelte
condite cum lacte amigdalarum
vel agresta vel vino degranatorum
aut succo berberis vel acetose
Comedat lactucas portulacas
cucurbitas spinaciam borragi-
nem condita eodem modo Bibat
vinum degranatorum cum aqua frigida
et sit aqua quintupla ad vinum
aut agrestam aut aquam decoctionis
sumach vel mirtorum aut ace-
tose vel berberis Post dies
iiii comedat pullos et carnes
edi vel castrati conditas cum rebus
dictis et vitella ovorum Bibat
vinum album debile et agrestam
limphatum cum aqua ~~decoctionis~~ val-
de posset mundificari cum aqua
decoctionis tamarindorum prunorum
et manne in qua ʒ i pulveris

reubarbari ponetur Cura do-
lorum ex frigida causa provenientium
in extremitatibus membrorum est ut
incipiat uti fumdat super tebas
vel membra ex alto aqua ca-
lida Et liniatur locus dolorosus
et manibus fricetur et ungatur
cum oleo de camomilla vel
de aneto mixto cum cera Si
autem per hoc dolor non sedare-
tur mundificetur totum corpus
cum pillulis fetidis vel de her-
modactilis maioribus aut cum
medicamine de turbith vel
cum medicamine de hermodacti-
lis facto in sciatica et articulorum
dolore Ungatur post mundifi-
cationem locus dolorosus cum oleo
de spica vel de liliis aut de
costo et fundatur sepe super
ipsum aqua calida decoctionis ab-
sinthii flore camomille et
melliloti et similium Nutriatur
cum carnibus pullorum columbarum
et pullorum gallinarum et castrati
et edi assatis et vitellis ovorum
Et condiantur talia cum spe-
ciebus et pipere sepe brodia cau-
lium et porrorum in quibus carnes
coquuntur sumat Utatur sinapi
cum suis cibariis Et bibat
vinum debile limphatum bene
Abstineat a coitu et ab aq-
ua et leguminibus et lacte et similibus

Capitulum clxxxxix de tu-
more et pruritu que accidunt
digitis in autumpno et hyeme

Hec infirmitas vel ma-
licia que fit ex frigiditate
aeris coartantis vapo-
res et fumos qui decurrunt
ad pedum digitos et manu-
um cum tales vapores sint

calidi & coartati i(n) digitis pe
dum & manuum violent(er) i(n)ducat
pruritum & tumore(m) ex ne(ces)s(i)tate
Signa ex re ipsa & p(er) narra
tion(em) infirmi sat(is) nota videntur
Cura tumoris & prurit(us) qui
accidunt i(n) pedib(us) & i(n) cruribus
tempore frigidis est ut sup(er) digitos
& loca tumoris & prurit(us) fu
datur sepe aqua calida sal
sa & longo tempore teneantur
pedes in aqua decoc(tionis) sicle
aut aqua decoctionis sul
phuris seu aqua decoctionis
absinthii furfure & melliloti
aut aqua decoctionis vbe
ne epithimi pantaice & ro
sas ungant loca prurit(us)
cum oleo de mastice & oleo
de spica aut oleo de camomilla
& de semine lini Si aut men
brum vel membra magnificet
ultra debitum fiat emplastrum
sup(er) locum quod sic fit R(ecipe) ficuum
siccarum lb. s(emis) mell(is) ℥ ij pisten(tur)
& misceant(ur) & incorporentur
cum oleo i(n) quo sulphur sit dis
solutum Purgetur sepe cum
pilulis fetidis vel pilulis stoma
tic(is) alexandri aut cum decoctione
facta ex mirabolanis indis
citrinis ros(is) & epithimo dul
corata cum zuc(c)aro Bibat bonum
vinum odoriferum clarum limfatum
quodam modo Et vita tempe
rata die quartana b(ona) sanguinis
non meliori neque sanguinis ad
husti vel salsi Cap(itulum) xx

de hiis que i(n) unguibus acci
dunt ex feditate et

Infirmitates que unguib(us)
accidunt com(m)un(iter) sunt v videlicet
puncta alba citrinitas
gilbositas cum tinea & ex cor
rugatione citrinitas & scissura
vel fissura alba puncta do
minii frigid(itatis) i(n) corde & pectoribus
spiritualium significant Citrinitas
unguium elevationem cum colera
ad spiritualia & ex stom(aci) & or(is) fe
torem sig(nificat) Gilbositas dum
flat(us) salsi & melie acetose
in toto corpore & spiritualibus sig(nificat)
Unguium curvitas dum ~~me-
lancolie cum~~ siccitatem in
spiritualibus & intestinis significat
Unguium fissura dum melie
i(n) intestinis & stomacho sig(nificat) Cura
punctorum alborum i(n) unguibus
est purgatione totius corporis ut
mundificet cum pilulis fetidis
vel medicamine de turbith
& confortet cor cum dyatcompi
peon aut cum dyamargariton
vel cum pulvere qui sic fit R(ecipe)
marg(aritarum) croci coralli rubei an(a)
℥ ij fiat pulvis pulvis cibat(us)
de quo cum vino rubeo claro
odorifero sumat parum omni
mane s(e)c(un)d(u)m ieiunio ℥ s(emis) Utatur
dieta calida & speciebus p(ro) condimento
& vinum rubeum clarum odo
riferum bibat limphatum Sup(er)
ungues que tunc deferatur
pix vel storax liquida aut
armoniacum mollificatum cum oleo
de spica aut de mastice & cum
frustribus vitri radant puncta
alba alii ut subtiliora et
mag(is) obediencia ad epithi
mata & unctiones fiat Cura
citrinitatis unguium est purgatione
totius corporis ut mundificet
cum pilulis inioribus de hermo
dactilis que fiunt ex quatuor
rebus quod supius in articulo

doloribus fecimus aut cum decoc
tione facta ex reubarbaro tama
rindis manna et rosis Statim
vino albo limphato et carnibus
conditis cum agresta vel simach
aut acetosa vel berberis succo
et similibus Super locum ponatur
continue epithima factum ex semine
eruce aut aceto aut ex se
mine ceparum et agresta aut
ex semine cicute et aceto Ab
luantur sepe vngues cum aqua
calida decoctionis sulphuris
aut auripigmenti in qua sit
aliquid aceti quia vtile erit
Cura gibbositatis et tinee vn
guium est ut mundificetur cor
pus cum medicinis dictis capitulo de
melancolia et et dicentur capitulo de sca
bie et salsa flata infra libro
tercio de decoratione et vene
nis Fiat epithima super vngues
ex sale et fece aceti et alumine
fecum et aceto, ut fiat emplastrum
ex squilla contusa et mixta cum
oleo sisamino vel de lino aut
de camomilla, ut fiat emplastrum
ex cepe cruda mixta contusa
cum fece aceti et sale Cura tu
mitatis vnguium est ut post evacua
tionem feratur emplastrum de
pinguedinibus animalium contusis et
mixtis adinvicem super vngues
donec soluantur Et si post emplastrum
soluti sint et remotum ab vn
guibus molles remanentes fri
cande erunt cum frustibus vi
tri vel astelli aliquo vase vit
fracti tamdiu quod equales fiant
et iteretur hec fricacio cum vitro
multociens post emplastrum factum
ex pinguedinibus donec vng
ues equales fiunt postquam

ungues priscum modum e
quales facte fuerint cera molli
ficata super ipsos usque ad con
dunciones deferatur aut armoniacum
album mixtum et dissolutum cum
cera Cura fissurarum vel fis
suras vnguium est ut mundificetur
corpus cum rebus mundificantibus me
lancolia aut humores adus
tos sicut quod dictum est superius capitulo
de melancolia Ymutatur corpus
cum rebus impinguantibus et humectan-
tibus corpus ut sunt brodia
gallinarum cum intellectu ovorum et
vina rubea dulcia et similia
humectent vngues et molli
ficent continue cum aqua tepida
et pinguedinibus animalium dictis
superius et cera mollificata et em
plastris liquidis pinguibus dictis
in cura citrinitatis vnguium
Scire hic convenit quod cum vn
gues valde turpes fiunt
et non curantur per aliquem modum
ex modis dictis multociens itatum
hic convenit ut mollificentur
cum aliquibus medicaminibus mol
libus vnctuosis tamdiu quod post
tima mollicicem cadant
aut eradicentur cum ferro aut
cum medicamine acuto facto
ex calce viua et sapone mol
li vel ex alumine fecum molli
ficato et posito super radices
vnguium ita quod corrodantur
et cadant Cum vero vngues
ceciderunt vel excorpati fiunt
nullo modo cum manu vel
alia re tangantur ne torsio
vel curuitas eisdem accidere
possit et super loca cera mol
lificata continue usque ad perfectum

restauratiom deferat et deus melius nouit etc.

Explicit liber primus de cirurgia a magistro Wilhelmo de placentino compilatus

Incipit liber secundus qui est de febribus et de hiis que sunt necessaria in consideratione curationis febrium

Capitulum primum de diffinicione febris et eius divisione in sua genera et suas species etc.

Febris est calor naturalis in corde ad id quod est preter naturam mutatus procedens ab ipso per venas et arterias mediantibus spiritibus et sanguine per totum corpus et nocet sensibiliter operacionibus. Si aliquis zophisticus velit dicere quod in febre empiella et lipparia calor febris non vadit in totum corpus tum in empiella exteriora sint frigida et in lipparia sit econverso videtur quod non sit verum quod in omni febre calor innaturalis procedat per totum corpus et sic diffinicio predicta non erit generalis neque vera simpliciter. Ad quod dicendum est quod sicut terra per essenciam suam et naturaliter descendit semper ad inferius et ignis ascendit ad superius ut est sensibile et notorium et impediuntur ista duo pacientes in talibus motibus ita talis febris per suam essenciam et naturaliter procedit a corde in totum corpus potest tamen impediri paciens a materia opilante meatus et vias per quas calor transire debet in totum corpus ut dictum est in empiella et lipparia. Unde empiella fit ex flate grosso vitreo frigido cuius pars aliqua putruit et calefacta est alia vero remansit frigida eo quod calor

accidentalis non dum potuit ea
penetrare et calefacere et sic per
suam frigiditatem multum infrigidat
extrema et impedit calorem
accidentalem transire a loco
putrefactionis ad extrema
In superiori est alia causa quasi
generalis vel dicatur quod omnis febris
cum sit morbus universalis per effec-
tum lesionis in totum corpus et
in omnes operationes totius cor-
poris vere potest dici dici secundum
istam expositionem et modum
quod calor in omni febre procedit
a corde in totum corpus quamvis
secundum sensum tactus non appareat
calor accidentalis in aliquibus
membris sed potius frigiditas ut
manifestum est in exemplis
dictis supra. Dividit febres
primo in genera sua prima videlicet
in febrem de inflammatione spiri-
tuum et febrem de inflammatione
membrorum radicalium et humidita-
tum eorum Et febrem putri-
dam humoralem, et differunt
ista genera per alium modum et conve-
niunt, quia ad effimeram
multociens sequitur ethica
putrida et ad putridam ethi-
ca sed ad ethicam nunquam se-
quitur effimera neque putri-
da neque ad putridam effimera
et hoc contingit propter subtili-
tatem et grossiciem diversarum
substanciarum febris Una calor inna-
turalis inflamatus in substantia aerea
spirituali inflamare potest mem-
bra et ea calefacere accidentaliter
similiter calor innaturalis infixus
in humoribus inflamare potest

dealbare membra radicalia et
eorum humiditates et facere ethicam
sed impossibile est ut natura resolvat
calorem a membris duris et
cum in ipsis extinguatur et re-
maneat in humoribus propter se ut
in spiritibus Similiter si natura
potuit calorem ab humoribus
putrefactis resolvere visibile
erit quod ipsum a substantia aerea spiri-
tuali removebit cum sit gravius
et difficilius talem calorem
accidentalem infixum in humoribus
putrefactis apud naturam medi-
cum removere et resolvere quam a
substantia spirituali et ita in aliis sub-
iectis supra dictis Conveniunt
ista genera febrium etc et dif-
ferunt in quadam natura causis quia
febris effimera non requirit
ex causis medicinalibus que
sunt tres videlicet primitiva
antecedens et coniuncta nisi prim-
itivam tantum ethica antece-
dentem putrida primitivam an-
tecedentem et coniunctam et in hoc
conveniunt omnes Nos autem
videtur quod racionabiliter potest effi-
mere et ethice coniuncta causa assig-
nari Nam omne quod est quod fu-
it erat tale quod conservans et
conservatum sint idem aut diver-
si si sint idem sequitur quod impossibile
est quod faciens et factum sint
idem et perficiens et perfectum idem
Si diversa ergo aliud est id quod
conservat et aliud id quod conservatur
ergo effimera et ethica cum con-
veniunt in esse et durabilitate simi-
liter necessario eius conservans vel
conservata assignabunt que
erunt aliud ab effimera et

ethica et hec consuetas vel con-
natiua tamdiu quod remanebunt
in esse remanebunt effimera
et ethica et cum remouebuntur
ab esse et durabilitate remoue
buntur ethica et effimera et sic
apparet manifeste de causa
coniuncta in istis febribus que sic
se habent ad istas febres que-
admodum putredo in febribus
putridis, que tamdiu quod durat
febris putrida durat et cum de
struitur febris destruitur putri-
da. Sed quia nomine cause coniuncte
in ethica et effimera sic mani-
festa, dicitur propter hoc a quibus-
dam quod causa coniuncta in eis
non assignatur, nec debet as-
signari. Sed cum probatum sit quod
est impossibile ut aliquid tempali-
ter possit permanere absque causa
conseruante ipsum fuit nobis visum
quod erat conueniens et utile
ut febri effimere et ethice causam
coniunctam nomine proprio assig-
naremus contracto ex genere
vocabulorum. Nomen proprium cause
coniuncte in febre ethica contrac-
tum ex genere vocabulorum est
habilitas humiditatum membrorum
radicalium existencium in fontibus
membrorum ~~que insunt vel que
debent~~ ad inflammacionem in
quibus recepta sunt subtili-
tas ariditas cum quadam
acuitate et paucitas respectu
membrorum que insunt vel quod
dent ab eisdem in eis et hec
causa quam cito recepta sunt in ipsis
humiditatibus fiet ethica. Et
cum ab eisdem potest per naturam

vel per operacionem medicinalem
remoueri curabitur ipsa ethica.
Verum est quod quamuis ista causa quando vero
aucta fuerit et firmata in
secunda humiditate membrorum propter
nimiam habilitatem inflammabilis
et excitacionis receptam in ipsa
humiditate secunda et tercia membrorum
ita figitur et firmatur calor
accidentalis in eisdem quod neque
per naturam neque per artem ab
eis potest remoueri et tunc ipsa
ethica remanet incurabilis
post illud. Sic putrida rema
net incurabilis cum putredo cu
rat vniuersaliter per omnes humores
venarum et per venas ita quod tota
massa humorum venarum putre
fit vel quasi putrescit tunc necessario
membra priuantur nutrimento hu-
morali et fit ultima debilitas
et mors ex necessitate materie. Et
de istis ~~rebus~~ tribus humiditatibus
que sunt in fontibus membrorum
radicalium faciemus mencionem
fidem in tractatu de ethica.
Nomen vero cause coniuncte in
effimera contractum ex genere
vocabulorum est subtilitas sue
spiritualis et igneitas et raritas
et spirituum coadunacio et motus
velocitas cum quadam necessitate
excedente et habilitate ad
maiorem inflammacionem quam
ei conueniat per naturam spiritus
in eo quod spiritus et hec causa quam
cito recepta sunt in spiritu erit
effimera et si in eodem spiritu
multiplicaretur fiet ethica
vel putrida necessario post diem
vel aliquod tempus et si a spi
ritibus per naturam vel artem
remoueri potest curabitur

ex necessitate materie spiritualis re-
cipientis de leui effectum me-
dicinarum et operationem nature. Et
per hoc manifeste apparet curantibus
te in istis materiis ut subtilis
quare effimera leuius et breuius
quam ethica uel putrida. Nam
hoc contingit ex habilitate subiecti fe-
bris uel inhabilitate ad recipien-
dum effectum uel operationem nature.
Unde est quod prima species ethice
leuius curatur quam putrida
sed difficilius cognoscitur et difficilius cu-
ratur et grauius quam effimera
et hoc totum est propter habilitatem et
inhabilitatem subiecti ut dictum est. Se-
cunda species ethice cum adulta
non eius deuenit et ad primum
statum nunquam curatur et hoc propter
fixionem talis quoniam in sto-
duro ex restauracionem neque
impressionem recipit a medicinis
neque alteracionem ex inhabilitate sui
ad effectum alteracionis et operum
nature. Differunt et ista ge-
nera febrium propter naturam causarum me-
dicinalium que dissimiliter eis
attribuntur de quibus causis me-
dicinalibus infra capitulo de
febre putrida fidem faciemus.
Nam febri effimere per medicos
attribuitur causa primitiua tantum
et non antecedens neque coniuncta
ethice antecedens tantum et non
primitiua neque coniuncta. Putri-
de attribuuntur omnes modi
causarum scilicet primitiua videlicet
antecedens et coniuncta etc.

Capitulum vi de febre effimera
et speciebus eius etc.

Prime species febris effi-
mere sunt tres secundum quod
et magis primum est illa
que solum fit ex inflamacione
spirituum absque apostemate et dolore
et absque materia multa peccan-
te in quantitate ymo fit ex causa di-
uersa que precedit eam ab eo
sine quod currit consuetudo ut
est superfluus labor aut ira
et similia. Secunda species eius est
illa que fit propter apostema et
dolorem et de ista faciemus infe-
rius capitulum proprium. Tercia species
eius est illa que fit propter humo-
rem multiplicatum in quantitate
quo ad virtutem et de ista ipsi
dicemus capitulo de febre putrida
ex sanguine. Febris vero effime-
ra que est de inflamacione spiri-
tuum animalium qui sunt esse in cerebro
et febre effimera de inflama-
cione spirituum vitalium qui sunt
esse in corde. Et febrem effi-
mera de inflamacione spiritu-
um naturalium qui sunt esse in epate.
Signa autem febris effimere
que fit solum ex inflamacione
spirituum propter causam diuersam que
precedit eam ab eo sine quod currit
consuetudo sunt quia non habet
periodos sed est ~~vnius~~ vnius periodi
tantum et neque incipit cum rigore
neque orripillacione et urina
non multum tingitur in ista febre
neque in substancia neque colore ab
eo quod consueuit nisi modicum
aut non in aliquo et cum corpus
egri tangitur per totum non inuenitur
calor superfluus neque mordi-
catiuus multum preter naturalem
morem et consuetudinem neque habi-
litas est vehemens consecutiua
neque lingua est vehemens
asperitatis in ista febre neque

sicitas neque pulsus fit ita ca
uelox neque frequens multum
Et post eius declinacionem fit ali
quis sudor aut humorositas
uel cutis curacio et hoc contingit
propter calorem febrilem dissolue
tem partem subtilem humorum
uel humiditatum que euaporat apo
ris cutis hora qua calor acci
dentalis extinguitur et exalat
quia calor hora sue exalacionis
secum trahit humiditatem subtilem
dissolutam et eam ex poris cutis
exalare facit et sic fit rari
tas per corpus uel humorositas
Et item hec febris simpliciter fi
nitur in die et nocte et aliquando
extendit usque ad dies tres
et hoc est raro Cum autem per
transit dies tres egreditur
a genere effimere et fit uariis ethi
ca uel putrida et tunc calor
augmentatur uarius per totum corpus
et fit magis mordinatus et sup
fluus et urina incipit manifeste
in colore et substancia et odore muta
ri et uariari et pulsus fit tunc
uelox et frequens uehementer
et lingua alteratur manifeste
ad asperitatem et siccitatem et tunc
ista incipiunt apparere tunc vi
detur quod effimera mutata
sit ad aliud genus Species fe
bris effimere que fit de infla
macione spirituum animalium sunt
sex Prima quarum est illa
que fit ex uigiliis non consuetis
uel excedentibus Nam cum
nimis uigilie naturaliter exsiccant
corpora et calefaciant si fiant
tempore non consueto uel modum
excedant magis calefaciunt
exsiccant et specialiter separant

et eius partes et spiritus animales
cum cerebrum et partes cerebri plus
et spiritus eius plus aliis labo
rent membris in uigiliis et cale
facias spiritus animales acuunt
calorem in cerebro et febrem indu
cunt effimeram simpliciter
subiecta ad recipiendum infla
cionem Secunda est illa que fit propter
multam moram sub sole Nam
sol lumine et calide sui cale
faciat aerem circumdantem capi
ta hominum Vnde per longam mora
radiis solis et eius lumine aereos
subtiliat spiritus animales et
eos calefacit et inflamat
ultra debitum et sic inducit
effimeram finaliter Tercia est
illa que fit propter nimiam solli
citudinem et hec est propter congre
gacionem caloris et spiritus circa ce
rebrum et debilitacionis instrorum se
sibilium, cum natura negligat ipsos
usum ex sollicitudine contrahente
calorem et spiritus ad cerebrum
in quo inculcantur et inflamma
tur in scripcione et sic fit febris hec
Quarta est illa que fit propter
laborem et lassitudinem Nam
labor cum calefaciat membra
omnia et inuocet unitet et cerebrum
calefacit spiritus et acuit calo
rem et febrem finaliter inducit
et laxat corpus totaliter propter
distemperanciam in toto et in uniis
et ad istam effimeram superue
nit plurimum febris putrida propter
ebullicionem et commocionem in humo
ribus facta ex motu cum labo
re Quinta est que fit propter ca
tarrum et corizam Nam ca
tarrus uel corriza semper fit
ex materia que descendit ad
pallatum gulam uel nasum

⁊ hoc aut p̄ uia dissolucionis
⁊ a calido qȝ humitate repletum
circa cerebrū dissoluit ⁊ ea infe
rius descendere facit ut in a
calido i motibus dissoluitur
i estate ⁊ inferius descendit
aut a frigido constringente
fit a sba grossa p̄ uia constri
cionis humidum eliquare ⁊ de-
scendere inferius ut apparet qn
aliquis constringit pilidum minus
manibus humidum ei ⁊ subtile
descendit inferius ⁊ grosse re-
manet Sin cū iste cause catar-
ri ul corrize i cerebro multi
plicant videlicet cū dissol-
ucio cū multiplicat, spūs
inflamat ⁊ febrem facit ⁊
⁊ cā frigida cū modū nāle
excedit coadunando spūs
⁊ calorem i uentriculi cerebri
impedit eos euētacōe ex fri-
gido constringente ⁊ sic inflama
in seipsis ⁊ fit febris effimera
⁊ tal febris multociens ducit
pacientem ad pleuresim ul
peryplemoniam Sexta est
que fit ppt sompnum cū enī
in sompno calor nālis et
spūs sensibiles circa cerebrum
congregentur, si sompnus nō
excesserit modum neq nāe
intencionem confirmat spūs ar-
tiales ⁊ sensibilia infra et
ab eisdem lassitudine ⁊ fa-
tigacionem i vigilys acquisi
tam remouet Si sic modum
sompnus excesserit i longi
tudinem ⁊ pfunditatem ducit
i spiritibus animalibus existentibus
circa cerebrum coartacōe nāe
⁊ eos impedit euentacionem

⁊ sic ipi spūs inflamat̄ ipse
ipis cū careant euētacōe et
cursu ⁊ fit febris que inducit
hominem ad peryplemoniam et
sinanciam multociens Septima febris
effimere species q̄ fit ppt infla
macionem spirituum uitalium ex suf
focacione prima est que fit ex ira
cū ira inflamet sanguinem
⁊ spūs circa cor inducit Se-
cundo accedit effimeram ⁊ h effime
ra multociens inducit synocham
ul terciana Sca est illa q̄
fit ex tristicia nā cū ppt men
sa tristiciam ⁊ longa spūs et
calor congregentur circa cor ⁊
non possit euētari bene ppt
debilitatem inductam i membris
sanctitas ex fuga spirituum ad
radicem nervorum ppt hoc ipsi spūs
inflamant ⁊ fit febris ⁊ hec
febris ducit hominem ad de-
fectum appetitus ⁊ meliam
⁊ aliqn ad febrem quartana
Tercia est illa q̄ fit ppter
longa mora in aere frigido
cū enī aer frigidus ⁊ inaisso
te ledat thoracem eo q̄ fri
gidum nocet neruis ⁊ thoraci
ppt eorum distemperancia in
frigite complexionali ex natura
sue composicionis eo q̄ thorax
ossuosus ⁊ neruosus est valde
⁊ ⁊ quia constringit canna et
impedit pulmonem i modi
ficacione humitatis cū ppt lesi
onem thoracis ex frigido cū
ppt impedimenta anelitus
ppt impedimenta i modifica
cione condensatur spūs ⁊
alterantur ex dolore thora
cis spiritualia ⁊ fit febris que

induc̄it multoc̄iens hominem ad
asperitatem canne pulmonis. Ter-
cia est illa q̄ fit ppt dimissionē
balnei tēporibus ↄsuetis. Nā cū
balneū nō disiciat corpus to-
tū a superfluitatibus succutaneis
et que sunt i poris cutis totius
corporis cū priat̄ corpus hōs
tali mūdificacōe tēporibus ↄsuetis
ↄgregent superfluitatem i poris
p quos spiritus arteriales et ca-
lor naturalis consueuerunt hane-
lare et euētari et sic p priua-
tionem euentacōnis iflāmant̄
ipi spiritus in se ipsis et fit febris
effimera que duc̄it hominem
multoc̄iens aut ad scabiem aut
ad ↄtinuam febrem cū sit ibi p-
sencia humidi superfluī cū cali-
do acuali. Quarta est illa q̄
fit ppt balneū ex aquis termas
uel aquis calidis naturaliter
Nā cū aq calide naturāl uel the-
rmas sulphureę sit omnes
calefaciunt aerem balnei et
aerem sudantem balneū
qui sudant plus q̄ requi-
rant calor et spus ipius cor-
dis et sic p suam caliditatem
actualem excetem calitem
ↄueniens ad euētacōm spiritu
i cordis et caloris fit febris
q̄ multoc̄iens duc̄it hominē ad
dolorem capitis et sitim intol-
lerabilem vitio pulmonis. Quota
est illa q̄ fit ppt longā mo-
ram i balneo calido. Nā cum
balneū calidū corpus taliter
calefaciat et p longa mora
in ipso exalent spiritus et calor
fiat debilitas in cerebro et
patit̄ i uirtute qua hanelitus

fit et complet et cogit̄ ex talibus
causis ipa uirtus hanelandi ad fre-
quentem uelocitatem cū debilitate
et sic inflamant̄ spiritus in corde
et fit febris q̄ multoc̄iens duc̄it
hominem ad ethicam. Sexta
febris effimere q̄ fit ex infla-
macōe spirituum naturalium sunt
cōit̄ nouem. Prima causa est illa
q̄ fit ppt famem cū enī ~~fa~~-
fames corpus exsiccat et cale-
faciat cū excesserit epar
et stomachum et faciat humores
currere ad stomachum hora q̄ cibū
comedere ↄsueuerat ↄturba-
nales spiritus ex humoribus
crebris non putrefactis et cale-
fiunt et p ↄtinuacōm cū uita-
libus spiritibus inflamantur
tales spiritus omnes et fit febris
et hoc ut plurimū in putridam
ↄuertit̄ eo q̄ materiam inuenit
in loco non suo et est nō na-
turalis et fit calida cū humiditate sua
et sic putrescit et faciat febrem
putridam post effimera et h
effimera est difficil ↄgnoscere.
Secunda est illa q̄ fit ppt flu-
xū uentris uel fit ppt frequē-
tem assellacōm aut ppter
medicinam uel alia simili ca-
usa ex frequenti et inordinata
assellacōne aut multiplicata
in quātitate ultra debitū aut
ex acuitate mene seu eius ve-
nenositate ↄturbant̄ omnes
humores uenarum et epatis
et calefiunt et commouent spūs
i debite et sic inflamantur
i se ipsis et cū sua inflacōe
motu et turbacōe ↄtinuant̄
cū uitalibus et fit effimera
prius q̄ ad ethicam spasmum

iii & morte multorum ducat. Tercia est que fit propter vini potacionem multiplicati in quantitate vel qualitate sua recipientis. Nam vinum cum fuerit acutum & calidum ultra quam natura recipientis requirat spiritus naturales calefacit & totum corpus & inflamant naturales spiritus per commixtionem cum naturalibus inflamatis & fit febris. Si autem habundanter fuerit in quantitate vinum facit undare humores in venis & corpore & spiritus naturales movet indebite in locis naturalium & eos inflamat iterum preciam indigestos elevat fumi sicci et acuti ab ipso vino sicut elevant aliquos viridibus quando sub eis accendit ignis debilis & ipsi inflamant naturales spiritus cum sint acuti calidi actu & secundum hanc viam fit effimera que multotiens conducit ad

iiii vomitum & ad synocham. Quarta est illa que fit propter comestionem ciborum calorum nam cibi calidi actu vel potencia cum utique ipsos confortant in stomacho accidentaliter moventur ipsa cibaria calefaciunt spiritus naturales in stomacho corpore & omnibus intestinis et eos inflamat & per consequens vitales inflamantur ab eis & fit febris que ut plurimum inducit capitis dolorem & oculorum ruborem. Quinta est que fit ex fastidio nam fastidium & nausea cum fiant ex multitudine materie humide mollificantis os stomachi & replentis stomachum & destruentis appetitum separat ipsum stomachum ad recipiendum superfluitates loco cibi quod non sentitur. Calefit enim corpus calefactione non conveniente propter superfluarum humidi intrinsecarum quod non recipitur neque recipi potest & ex eo calefiunt vene & membra cum ad ea non mandet nutrimentum usuale & sic inflamantur naturales spiritus & fit febris que ducit hominem ad vomitum & dyarriam & ad sitim & aliquando ad ydro-

6ta pisim finaliter. Sexta est illa que fit propter sitim nam omnis sitis aut fit ex presencia rei salse in ore stomachi aut rei calide & acute aut per via indigestionis aut per calitatem acutam aucta in renibus & membris & omnis iste calefaciunt turbant & movent spiritus naturales in corpore ad caliditatem excedentem & fit febris per commixtionem spirituum naturalium qui sunt inflamati cum vitalibus. Similiter ex fumis qui elevantur ad os stomachi per viam indigestionis cum sint calidi & acuti & inflamabiles de levi illud idem operantur ut scriptum supra secundo de febre propter quantitatem vini multiplicata & ista febris vel multotiens ducit ad fluxum urine vel dyabeticam passionem. Septima est que fit

vii propter aliquid quod continet ipse quod evomi possit si natura vincet cum in stomacho medicina illud enim quod evomi potest est aut aliquid venenosum de se aut aliquid nature intus quod expellere desidat & eo quod vomi potest cum quadam facilitate sentitur quod non est adherens

multum sibi et quod est calidum non
conveniens ad naturam aut ve-
nenosum satis subtile vel vis-
cosum cum acetositate vel salse-
dine et illud tale cuiuscumque generis
sit aut propter caliditatem et vene-
nositatem actualem et potencia-
lem quas habet spiritus naturales
inflamat indebite et facit fe-
brem aut propter putredinem sive tur-
bat digestionem in stomacho et epate et le-
dit virtutem omnia impediendo
digestionem et sic spiritus inflamantur
in se ipsis et commutant cum sint
turbati cum in talibus et fit febris
et que multociens ducit hominem ad
diarriam vel vomitum. Octava est
illa que fit propter cibum multi nutri-
menti videlicet tardi et grossi et
durantis multum in membris et ille
cibus qui facit hoc est cibus multi
nutrimenti penes hanc litteram ut
sunt pultes spisse de frumento
et carnes graves ut porcine
arietine et vinum rubeum grossum
et similia. Unde cum talibus cibis multum
longe fatiget nam spiritus na-
turales et calor inflamantur
ex longo labore et fit febris
ad quam sequitur sudor per viam
lassitudinis, sicut accidit in ho-
mine qui pro labore et lassitudi-
nem sudat et aliquando accidit si-
ncopis. Nona est que fit propter cibum
subtilem et de facili convertibilem
vel cibus subtilis et siccus et conver-
tibilis de facili inflamat de
dicta via calorem et spiritus et in-
flamantur ab eis de facili et
convertitur in calorem et fumum ca-
lidum et sic ex eo fit febris que
de facili in ethicam convertitur.

Signa febris effimere contingentis
vicio spirituum animalium specialiter propter
vigilias sunt accessio vigiliarum
et gravitas capitis et oculorum ru-
bedo cum lacrimis et lassitudo
in membris et capite sensibiliter
et frequencia pulsus cum eius debi-
litate et ducatur arte. Signa
febris effimere propter longam mo-
ram sub sole sunt accessio ipsius
pacientis sub sole et sensibilis
caliditas cutis capitis et faciei
et alteracio coloris cutis ipsius fa-
ciei ab eo quod incipit et an-
te hoc et frequencia anhelitus cum
pulsus velocitate. Signa effi-
mere propter sollicitudinem sunt
facies declinis ad citrinitatem
et equalitas pulsus secundum plurimum
sed accidit in eo diversitas in dila-
tacione et constriccione penes
diversitatem sollicitudinis et mo-
tus oculorum satis est equalis ad
clausionem et ad apercionem et incli-
nacio capitis circa terram cum
quadam locacione circa se ipsum
vel infra se ut inveniat me-
dium sue cogitacionis. Signa
effimere propter laborem sunt ac-
cessio laboris cum calefaccione
iuncturas super alia tactus lassi et tacti-
tudinis et siccitas corporis et
pulsus parvus et debilis et declinat
ad duriciem aliquando et fit uri-
na citrina et calida propter motum et propter
resolucionem subtilium humiditatum
aliquando iuncture si labor non
fuit superfluus et exsiccantur
si modum excesserint. Signa
effimere propter catarrum vel corri-
zam que est ex causa calida sunt
rubedo faciei et oculorum et

mordicatio eius quod currit et eius
subtilitas et calitas tactus fa-
ciei et capitis et si accidit febris
nocet et non iuvat et sentitur
in gutture acuitas eius quod
descendit ad guttur et vehe-
mencia adustionis eius et attrac-
tio ipsius et subtilitas cum infla-
macione que ipsum irascitur et
sputum quod emittitur declinat
ad rubedinem et ad citrinitatem
Si autem febris effimera fuit
propter catarrum ex causa frigida
signa erunt quod sentitur frigus
eius quod currit in naso et com-
motio in naso et gutture cum
tensione frontis et vehemen-
cia opilationis ventositas
viscositas et grossitudo eius
quod expellitur cum viscositate et
albedo ipsius et iuvamentum a
febre et non nocumentum Sig-
na effimere propter sompnum sunt
ancessio multitudinis sompni et
profunditas et inflatio oculorum
et vocis raucedo cum opilatione
in naso et emunctoriis et gra-
vitas totius corporis et pigricia
et lassitudo et debilitas me-
morie cum falsis et corruptibi-
libus ymaginationibus Signa
febris effimere contingentis motu
spirituum vitalium et spiritualium propter
iram sunt ancessio ire et
velocitas anhelitus cum fre-
quencia et oculorum rubedo et
maxillarum et tremor quidam
et faciei inflatio ut in dormi-
ente quasi et urina est acuti
tactus et pulsus est grossus non
plenus frequens et vocis altitudo
vel clamor cum insufflatione
aeris per anhelitum Signa
effimere ex tristicia sunt ig-
neitas urine et acuitas eius
ita quod infirmus senciat acu-
tatem ipsius ex dominio siccitatis
in ea et motus oculorum ad
clausionem declinis et oculorum
subversio propter resolutionem cum
quiete et facies est tendens
ad citrinitatem propter profunditatem
caloris et pulsus est declinans
ad debilitatem cum dulcedine Sig-
na effimere ex longa mora
in aere frigido sunt quod cum
prius tangitur corpus infirmi
non invenitur vehemencius
calidus sed cum figit manus sen-
tit calor elevari et pulsus com-
pressus non ut pulsus habentis
angustiam tristiciam et famem
et quod non est ibi resolutio vi-
rium illius sed fit velox propter neces-
sitatem attrahendi aerem in-
sunt frigus vehemens et forti-
ter fit durus et oculi non sunt
profundi ymmo quasi sunt infla-
ti propter vaporem coartatum
et urina est alba eo quod cali-
tas est provocata et fracta quia
ipsam quam calitas que resolu-
ta fuit ex frigore expellit
ad vias urine Signa effi-
mere propter dimissionem balnei
termis consuetis sunt congregatio
sudoris et superfluitate in cu-
te toto corpore et urina est
spissa et turbida colorata et
gravitas anhelitus et gra-
vitas et lassitudo corporis
et membrorum cum quadam pigri-
cia et aliquando diminucio appetitus

Capitulum xxxix de cognitione temporum febris

Tempora febris et egritu-
dinis considerantur quibus
modis videlicet universaliter
et particulariter. Universaliter
respectu totius corporis infir-
mitatis salutifera. Omnis
egritudo de qua si quis quae-
sierit habet quatuor tempora
principium augmentum statum
et declinationem non salutifera

aliqui in augmento et aliqui in
augmento accessionis nisi fiat
particulariter considerantur tempora
infirmitatis respectu cuiuslibet
paroxismi vel accessionis quia
in omni paroxismo vel accessio-
ne sunt et considerantur ista qua-
tuor tempora particulariter videlicet
principium augmentum
statum et declinationem. Principium
autem in medicina dicitur tribus
modis scilicet hora in qua incipit
egritudo manifeste apparere
et sentiri ab infirmo sive
hora in qua infirmus sentit
manifeste agitationem et altera-
tionem et conversionem a sanitate
ad infirmitatem et hoc appel-
latur principium id est punctum initiale
a medicis propter eius insensibilitatem
et est ridiculosum dicere hoc
punctum esse principium infirmitatis
quo ad medicos eo quod in ipso
non reperitur aliqua utilitas
quemadmodum ad operationem me-
dicinalem. Est et aliud principium
quod appellatur principium speciale
tantum dies in infirmitatibus
brevibus plus quam sint dies vij
et ultra. Nam tale principium non
assignatur in infirmitatibus quantum
in quarto die vel ante vel
circa id. Modo 3o est aliud prin-
cipium infirmitatis quod est una
pars ex partibus temporis vel temporis
totius infirmitatis. Principium
autem quod est pars totius infirmi-
tatis est hora in qua calor
innatus prevocat a materia subiun-
cta in membro tamdiu do-
nec non apparet maturatio
aut digestio eius materie ma-
turationis vestigium. Augmentum
vero est in hora in qua movet
caliditas innata ad resistendum

materie motu manifeste et appa-
rent signa digestionis aut generationis
digestionis. Status est hora in qua
vehementius fit pugna inter
naturam et materiam et apparet victo-
rius ambas super aliam
et est hora pugne et est spe-
cies in acutis et lentibus paroxis-
mos acutos est unus parox-
ismus aut duo paroxismi et non
potest cognosci nisi per illum parox-
ismum qui semper sequitur. Decli-
natio est hora in qua calor
innatus iam dominatur materie
et vincit eam et consistit in sepa-
ratione congregationis eius tunc
rem et rem alleviat calida
occulta et expellitur a dominio
naturalis donec resolvitur
et multo magis ingrossatur. Et
scire convenit quod plures que
febrium complent principium et aug-
mentum et statum in paroxismo
uno et faciunt paroxismum alium
declinando. Existimandum
est vere quod aliquid quod est pla-
narium ad curationem egritudinum
acutarum est cognoscere egri-
tudinis statum non enim est tu-
tor regiminis vel dubitandum in
necesse ad hoc tempus neque mutatio
vel ordinatio regiminis mensa
nisi secundum hoc tempus et multo
moritur eger post statum
nisi alia egritudo post statum
superveniat que necessario inferat
vel pariat cum enim infirmus
fuit valde debilis in fine et
natura non rem innatam expel-
lit vel desiderat expellere
expellendam rem innatam
secundum quod calor naturalis et
spiritus qui fuerunt cum re innata
hora expulsionis non potuit
calor vel spiritus redire ubi erat

z radici

et radicem ymmo in suo reditu
deserit et sic sit talis morbus pre-
accidens hora declinacionis vel
post statim et specialiter sit morbus
quod homo in fine crisis fatigatur
et turbatur preter naturam
Signa quoque que in superfluitatibus
considerantur si semper fuerint
ut in principio apparuerint et
accessiones vel paroxismi mino-
rentur horam accipiendi, ne-
que fortius solito affligunt neque
longius durat afflictio accessio-
nis quam consueverit semper infir-
mitas in principio erit. Si
autem signa digestionis in superflui-
tatibus incipiant apparere benig-
ne vel manifeste et afflictio-
nes paroxismi fiant malignio-
res et magis acuti et durant
longius solito iam augmentum
venit et tamdiu quod sic fiunt
in varietate et augmento tam du-
rabit augmentum in omni infir-
mitate continua et interpollata
Cum autem signa digestionis ap-
paruerint manifeste et complete
et superfluitates et afflictiones et
paroxismi equales erunt in
afflictione et durabilitate erit
egritudo in statu. Postquam vero
signa digestionis inceperint
manifeste diminui et annulla-
ri et superfluitates iam videntur
redire ad suas naturales con-
diciones et accidentia vel acces-
siones et paroxismi manifeste
vel occulte declinant vere
declinacio tunc temporis erit. Et
dicendum est hic quod signa di-
gestionis et indigestionis con-
siderata in superfluitatibus et mate-
riis sunt forciora in significa-
cione dierum terminum infirmitatis
omnibus aliis signis et significacionibus

et maxime si egritudo pure
fuit malica seu humoralis
et minus in pestilenciali ut scrip-
tum est supra quodam modo in
instancia repiatur. Capitulum
xxx de signis bonis et
malis apparentibus in febre

Dormire ut est consuetudo
hominis sani et sentire
levitatem post sompnum
absque stupefactione et inentis
turbacione valde bonum est
et utile quia istorum pulcritudo
coloris egri et sui motus levi-
tas et quod ~~lemtas~~ facile egri-
tudinem tolleret et pulsus
fortitudo et auditus bonitas
et intellectus stabilitas cum
memoria et virtus appetitiva
manens et in lecto iacent in mo-
dum sani super aliquod laterum
iacere vel supra ventrem si in
consuetudine habuit hec omnia
sunt bona signa et laudabi-
lia, maturitas apparens ma-
nifeste in urina egestione et
sputo, et in omnibus superfluitatibus
in continuitate apparens significat
bonitatem virtutis et salutem
et dominium nature super morbum et
eius victoriam significat. Cum vero
pulsum faciens sana sunt
et corporis motus facit et appe-
titus comedendi et bibendi fortis
neque desistunt bonum est, neque
paveamus accidencia mala
si qua apparuerint quia si cum
hoc maturacio digestio iam pre-
cesserit nullo modo de eis
est timendum sed considerandum
est quod ipsa accidentalia erunt
causa crisis et precipue si in die
apparuerint que diem creticam
precedit. Signorum vero malorum in-
fra considerare sunt va videlicet

cum alijs Bonum namque signum bo-
num videlicet ut bonus pulsus
ut bonus anhelitus ut bonus
appetitus ut bona virtus totius
corporis aut aliquid aliud
bonum signum, cum forte fuerit mix-
tum malis respondeat signis
plerumque et in signis bonis
multum non bona signa que
veniunt De signis malis vel
signorum malorum quedam sunt
debilia sive non bona quedam
sunt mala i. debilia i ma-
licia et sunt forciora alijs et
quedam sunt mortalia sive
fortissima in significando
malum valde hoc cum ordi-
ne et modo pronosticationis ex eis
assumpta verior et firmior
erit Scias quod nichil est
deterius in infirmitatibus omnibus
et specialiter in longis quam de-
structio appetitus et maxime
cum infirmus retinent appe-
titum et super ipsum nauseaverit
post recepcionem coram eo
Cum facies infirmi mul-
tum remota fuerit a dispositione
quam habebat in sanitate et fit
macra mala et collabilis
et sicca, signum est malum nisi
hoc evenerit infirmo pat-
ciendo hoc est ex alia ca-
usa quam ex ipsa infirmitate, sicut
ex vigiliis ventris flu-
xu nimia abstinencia dolo-
re, aut ex aliqua evacuatione
et similibus tunc enim malicia
signorum erit minor si ex ta-
libus contingeret accidentibus Si
facies egri repleccioni appropin-
quare visa fuerit malum erit
nisi hoc acciderit propter nimi-
um potum aut cibum sumptum de
novo tunc enim mala significacio

erit minor Diversitas coloris in
corpore reperta ita quod secundum ven-
trem et ypocondria fit calidum
et secundum alia membra frigidum
signum est bonum non bonum
Unde ipse quarta particula amphoris-
morum in deficientibus febribus si
quando extrema frigida sunt etc. Et
tertia particula pronosticorum ubi dicit
et ventris et laterum calor
magnus sit frontis et extremitatum
dispositio frigidior etc. Cum
facies in colore commixta visa
fuerit propter aerem qui est talis
nature qui mutat faciem et
corpus paulatim et propter quod hoc
est visa ciborum generativus humoris
qui est talis coloris signum malum
erit Cum urina fuerit nigra et
omnes superfluitates a corpore et
inferiora expellunt nigre fue-
rint signum mortale erit et
si apparuerit in febre magni
incendij erit adhuc magis mor-
tale Cum urina fuerit rufa
vel ignee rufa que erit stillo u-
rine sani hominis virtute
consistente debili mortem in
proximo significat in egritudine
breui raptus maniaci ad ca-
put vel mortem Cum in egritudine
acuta urina retinetur significat
crisim aut mortem cum virtutis
debilitate et ante signa digestionis
apparuerint occulte vel mani-
feste mortem et specialiter si tales
fetentes et non die cretica prius
apparuerint cum quibusdam condicionibus
crisis Cum in egritudinibus acutis
anhelitus erit fetens et odor
et frequens sit in infirmo per naturam
aut diu infirmitas erit sig-
num mortale frequens revolucio
in lecto et ex figura iacendi

in figura mutacio et discoopire
verecunda ex distemperancia quod
consuevit in sanitate infirmus
verecundari et ventositatum cum sonitu
expulsio sunt signa non bo-
na significant enim egri inquie-
tudinem et mentis perturbacionem
Cum facies erit extenuata et
erunt oculi concavi et tympora
plana et aures frigide et sub-
tile et pulpe carnium contracte
et cutis faciei tocius tensa erit
et calor faciei et corporis albus
apparuit citrinus vel viridis
aut niger neque eger ante pas-
sus sint solucionem aut aliquorum
evacuacionem de hiis que hanc
faciem consueverunt et cum hoc non
videat neque audiat et preter
infirmo visa fuerint signa alia
mortalia omnia ista mortem
demonstrabunt in brevi Cum in fe-
bre unus occulorum minor solito
apparuit et os tortuum aut al-
bedo occulorum in sompno preter
solitum visa fuerit hec signa
omnia pluriosa erunt Stri-
dor dentibus preter solitum in egritudine
acuta malum est spasmum cum
significat et alienacionem vel maniam
Cum eger faciem a lumine
removerit et ad tenebras fu-
gerit et oculi involuntarie fue-
rint lacrimati neque hoc accide-
rit propter fluxum sanguinis nari-
um malum ista significabunt
in egritudine acuta Rubedo
in albis occulorum et vene appa-
rentes rubee in eis signa
mala in acuta Cum oculi
fuerint congelati qui non movent
et tremuli non quiescentes si-
ve multo tremore sufficiunt
...ire de signis est mortis

et si post hoc videntur egrediadi ad
exteriora et profunda et lippitudo in
eis apparuit omnia hec sunt
signa non bona in acutis Cum
eger super aliquod ex lateribus non
quiescit sed supinus semper
iacere apparuit et post hoc ad
partem pedum descendit signum
est mortale Apostema mag-
num in ventre calidum cum vehementi
febre est signum malum virtute
non existente debili calore fe-
brili remanente est signum
periculosum Frigiditas extremi-
tatum in acutis signum non est
bonum et quando frigiditas carnium
magis augmentatur sit maius
malum et si cum hoc magnus ca-
lor sit in ventre et sitis est
mortale et cum hoc si sint an-
helitus spissus et pulsus similiter
cum virtutis debilitate mors proxi-
ma erit Cum extremitates
et ungues mutantur in colore
nigrum vel lividum et manus
et pedes similiter et ista non sint
debiles ymmo satis fortes et
apparuerint talia in die creti-
co post apparicionem digestionis
occulte vel manifeste erit
hoc signum bonum, significat egri
evasionem per viam mundifi-
cacionis ad extrema ex quo lo-
ca ista ulcerantur et corrumpantur
et putrida fiant non sunt me-
dicamina tempore cum illa et consor-
tancia loco apponenda na-
talia medicamina faciunt infir-
mitatem ad interiora redire et
egrum interficiunt Cum rube-
do fuit circa radices auris et
eger conqueritur de dolore circa
radices et fuit hoc in frenesi
aut oculi in insania rubere

incipiunt aut aliquis locus pec-
toris in pleuresi aut apostema
fuit sub ascellis aut in mamil-
lis non erit locus aliquis ex
locis dictis ꝫ consimilibus infrigi-
dandus neque confortandus cum
rebus stipticis ꝫ frigidis sed em-
plastra temperate calida appo-
nenda ꝫ super loca aqua calida
decoctionis florum camomille et
similium ab alto distillando
fundenda est ꝫ ventose sup-
ponende si materia ad digestionem
ad modum stupidi infra fuit
premere, cum hoc hic cum eger
liberabitur si deus voluit
Contrarius testiculos ꝫ virge
in acutis egritudinibus est malum et
cum spasmo ꝫ ultima debilitate
Cum signa crisis apparuerint
cum digestionem materie ꝫ in die
non critica, neque crisis secu-
ta fuit sunt significatiua
mali Cum eger in nocte
vigilauerit ꝫ in die dormierit
laboriose hoc ꝫ non continue est
non signum bonum ꝫ si excitat
aliquando a sompno ꝫ semper de-
bilitas ac ipsius malicia aug-
mentatur est signum periculosum
Priuacio digestionis et remane-
ncia virtutis egritudinis prolixi-
tatem significat sed cum casu virtutis
est periculosum Egritudines ca-
lide ꝫ fortes in senibus ꝫ in
habentibus complexiones frigidas ꝫ hyemibus
et regionibus frigidis deteriores
sunt suis contrariis Sinnaca
cum febre fortis caloris pericu-
losum est Cum superuenerit
tamen sepius tremor semel ꝫ plu-
ries neque sudauerit eger ꝫ egritu-
do non fuit alleuiata sed de-
bilitas ꝫ dispositionis malicia

fuerit augmentata signum est
periculosum Cum labia contor-
queantur aut nares vel palpe-
bre aut supercilia in acutis
post multam debilitatem ꝫ post
amissionem sensus est signum
periculosum Tremor cordis assi-
duus in acuta egritudine signum
est non bonum similiter et sin-
gultus ꝫ cum hoc anhelitus fuerit
constrictus ꝫ febris calor aug-
mentatus est signum periculosum
Dolor frontis cum acutissima
febre est signum periculosum
ꝫ specialiter si fuerit in capite
aut aure ꝫ vel ventre Cum
in corpore egri fuerint ulcera ci-
trina aut rubea aut nigra
signum est periculosum Oculos
congelatos quorum palpebre
non palpitant est mortale
accidens Egritudo in hoc
semper sano qui minus egro-
tat timorosa est Cum testiculi
ꝫ virga in acutis contendunt
ꝫ intestinum prolapsum fuerit
signum est periculosum Sangu-
inem ex naribus paulatim
ꝫ debiliter fluere non est
bonum signum ꝫ si cum hoc fuerit
magis est deterius ꝫ si in die cre-
tico contingerit est periculosum
Cum apostema oritur in
aliquo membro aut dolor
ꝫ sequitur propter ipsum estuacio ꝫ
inflammacio ꝫ sitis ꝫ inquie-
tudo est malum ꝫ si contingit
tremor cordis cum eo est mor-
tale Vomitus colericus fetide
ꝫ fluxus ventris similiter est
malum Faciei feditas aut
apparens in ea ut plumbum
in acutis est signum malum

Cum vomitus aut venter
in acuta febre multus fuerit est
signum malum et si fuerit secutus
singultus erit periculosum. Cum
oculus subito fit citrinus aut
niger et eger subito prostratus
ita quod salivam trahere non
potest est signum periculosum. Si-
tio vehemens cum sudore
frigido est signum periculosum.
Anhelitus frigidus cum cau icta
vel sicut egrum appropinquare
morti. Cum in lingua pustu-
le apparuerint equales cicer-
bus in magnitudine et fuerit fe-
bris fortis et acuta eger in
principio sequentis diei morietur.
Cum in uvula freneticis aposte-
matur tunc iam est prope mor-
tem. Cum sudor fluxerit a
superius est mortale. Cum
spasmus supervenerit febri acu-
te post dies aliquos a prin-
cipio signum erit periculosum.
Cum eger rem similem
zinzer vomuerit signum malum
erit et deteriores fuerint viden-
tes quas ista committantur
accidencia. Tremor in principio
absque sudore qui semper sequitur
et sudor paucus et propinque in
capite et fronte et timor et
sensuum perturbacio et extremi-
tatum frigor et propinque si fue-
rint fricate non calefacte
et vehemencia vigiliarum, estua-
cio et nausea et superficiei cor-
poris frigiditas cum magno
incendio in interioribus et anheli-
tus spissus et comitatus rube-
do et urina nigra et parva
et uirides spissa quasi mel
et sitis absque calore febrili

et quiete destruitur et apostema
in capite et pectore et ventris fluxus
niger et uiridis et distillacio san-
guinis fluentis nigri ex na-
ribus et egri revolucio de u-
latere ad aliud et si ipsius situs
dum sic constat dispositionibus et ventris
inflacio et in pectore apostematis genera-
cio. Et si eger omnibus que
invenit adhereat et suspendat
se. Et omnia hec malum preten-
dunt. Cum res nigra vel
acetosa ex qua terra ebul-
lit super quam cadit de ven-
tre egreditur periculosa est
et si fuerit cum virtute debili
mors est iam propinqua. Cum
ex naribus egri cola distil-
lauerit citrina vel uiridis ma-
lum erit. Cum eger parum
sudauerit aut ipsius corporis
superficies humectatus fuerit et pre-
cipue capud et colli per anhe-
litum frigidum mors propin-
qua esse significatur. Sudor
in fronte post vehemenciam
laboris et casum pulsus et mo-
tus est mortale et si casus
pulsus est vehemencius mors
propinqua est. Cum eger pedes
usque ad pectus elevauerit sur-
sum deorsum retro proiecerit erit
signum periculosum. Cum fe-
bris fuerit adherens fortiter
que subito se alleviauerit
et calor quieuerit absque eva-
cuacione perfecte neque fuerit pre-
missa que calorem extinguerit
neque ex permutacione in frigido
aere pulsus velocitas quie-
uerit et motus fuerint debilitati
et dispositio quieti similis super-
venerit signum est quod cito

morietur. Cum oculos contorquet
in frenesi neque inde eger fit le-
nior neque eius sensus redditur
ad eum signum est mortale. Si
si cum hoc fiat lenior et ad
suum redit sensum signum est bonum.
Cum neque egro superveniunt
excitacio ex qua ipsius egritudo
fiunt non alleviata sed potius
eius malicia augetur signum
est mortale. Quando sudor qui
non tenet totum corpus non est
bonus similiter qui fit in die non
cretico neque est talis ex quo
eger allevietur est non bonus
si autem in die fiat cretico et
fuerit calidus est bonus si fuerit
frigidus et paucus et fuerit in capite
tantum est mortalis. Sudor frigi-
dus cum febre acuta periculosis-
simus est. Cum post sudorem tre-
mor sequitur signum est malum.
Cum rigor incidit febre non
deficiente iam debili consistente
corpore mortale est. Verba
ypocratis in suis secretis. Cum in facie
infirmi fuerit apostema cum
non invenit tactus et fuerit ma-
nus eius sinistra posita supra
pectus suum quia morietur usque
ad xxiii dies et precipue quod
in principio sue egritudinis palpat
sepe nares suas. Et qui fue-
rint iuxta genibus infirmi
apparita vehemencia magna
scias quod morietur usque ad xxiiii
dies et precipue qui in principio sue
egritudinis sudaverint sudore mul-
to. Cum fuerit super venam que
est super talum quod generat cor-
rum pustula parva et super ipsas
sic forma pulveris tunc scias
quod ille infirmus morietur in quin-
quagesimo secundo die et die quo

infirmatus fuerit et signum illius
est quia sitit super linguam pus-
tula ut est vinsta tamquam aut
sic granum pentodactili quod
assimilatur semini intrescoli tunc
scias quod paciens cum morietur
in die illo quo apparuit talis
pustula et signum illius est quod
desiderat in principio sue infirmitatis
res calida in simul natura. Cum
fuerit super aliquam digitorum pus-
tula parva nigra similis gl-
be i. rabilio et dolebit tunc
scias quia paciens cum mo-
rietur in duobus diebus ab egri-
tudine sua et signum illius est
quia erit in egritudine sua gra-
vis corporis. Cum fuerit in ypo-
lice manus sinistre pustula
parva similis fabe fusci coloris
et pallidi que non dolet tunc
scito quod infirmus morietur
in vi diebus a principio sue egritu-
dinis et signum illius est quia in
a principio sue egritudinis appella-
bit multis appellacionibus val-
de. Et quod in digito medio
pedis sinistri fuerit pustula
cuius color est color [illegible]
aurifici que tersio appella-
tur enbrumicen tunc scias quia
quod cum morietur in duode-
cimo die a principio sue infir-
mitatis et signum illius est quod
desiderat in principio sue egritudinis
res acrimonia habentes de-
siderio vehementi. Cum fuerit
in unguibus digitorum fusci vel
pallidi coloris et in fronte
pustula sanguinea tunc scias
quod cum morietur in quar-
to die a principio sue egritudinis
et signum illius erit quia erit

multe sternutationes in principio inceptionis sue egritudinis et multarum obscitationum. Et cum fuerint in pollicibus duorum pedum pruritus vehemens et fuerit color eorum fuscus valde tunc scias quod homo illud morietur in die quarto egritudinis sue ante occasum solis et signum illius est quod mingit in principio inceptionis sue urinam multam ob ubertatem. Cum fuerint super palpebras infirmi tres pustule quarum una sit nigra alia fusci vel pallidi coloris et tertia ad subalbedinem declinans tunc scias quod homo eas morietur in die vicesimo septimo a principio sue egritudinis et signum illius est quod erat in principio inceptionis sue sanguinee egritudinis sputi vel-ti. Cum fuerint super palpebram unius oculorum pustula sicut aveliana lenis fusci coloris tunc scias quod homo ea morietur duobus diebus egritudinis sue et signum illius est quod in principio inceptionis sue egritudinis dormiet sompnum gravem. Cum currit ex naribus sanguis trahens ad albedinem vel ruffedinem et apparet in manu eius dextra parva pustula que non dolet tunc scias quia homo ea morietur in undecimo die a principio inceptionis egritudinis sue et signum illius est quia non desiderat cibum aliquo. Cum apparebit in coxa sinistra infirmi rubedo vehemens que non dolet tunc scias quod homo eam morietur in vigesimo quarto die egritudinis sue et signum illius est quia a principio inceptionis

sue infirmitatis invenit pruritum vehementem et desiderat humida talia. Cum fuerint post aurem sinistram pustula nigra tunc scias quod homo eam morietur in vigesimo quarto die egritudinis sue et signum illius est quia sompniat in principio sue egritudinis potare aquam frigidam desiderio vehementi. Cum post aurem vel retro fuerit sinistra pustula dura vel grana alba similis frumento tunc scias quod homo eam morietur in die vicesimo a principio sue egritudinis in illa hora in qua apparuit pustula et signum illius est quia mingit in principio sue egritudinis urinam multam. Cum fuerit post aurem dextram pustula rubea talia similis combustioni ignis tunc scias quod homo eam morietur in septima die a principio sue egritudinis et signum illius est quia vomit in principio sue egritudinis vomitum multum. Cum fuerit sub mento pustula rubea in magnitudine fabe egiptiane scias quia homo eam morietur in quinquagesimo secundo die ab inceptione sue egritudinis et signum illius est quia exspuit in principio inceptionis sue egritudinis sputum multum. Et accidit quibusdam hominibus dolor in pelle que cooperit capud n-gre cum ergo accidit illud alicui eidem apparet in cubito i. meta illa pustula fusci coloris tunc scias quod morietur in die quarto egritudinis sue et signum illius est quia desiderat in inceptione sue egritudinis vinum bibere. Cum fuerit super latus dextrum pustula non dolens

fusti coloris tunc scias quod homo
cum morietur in nono die consue-
tudinis sue ante ortum solis. Et sig-
num illius est quod accidit in consuetudi-
ne sua multarum obstitacionum. Cu-
m fuerit in titillico sinistro .i.
subascella pustula fusti co-
loris in magnitudine ciceris
tunc scias quod homo cum morie-
tur in quinto decimo die consuetudinis
sue. Et signum illius est quia
accidit in inceptione sue consuetudinis
sopor multus continuus. Quando fuerint
super calcaneum pustule multe
nigre tunc scias quod infirmus
morietur in vigesimo tercio die
a principio sue consuetudinis et signum
eius est quia desiderat aerem
frigidum et cibos frigidos de-
siderio vehementi. Quando fuerit super
pectus sinistrum pustula subal-
bida tunc scias quia homo
cum morietur in quarto die
sue consuetudinis et signum illius est
quod accidit in inceptione sua con-
suetudinis pruritus vehemens
in oculis suis et non sufficit
scalpere eos. Quando fuerit in medio
capitis pustula sicut inconi-
gra (?) velud que non dolet tunc
scias quod homo cum morietur
in die quadragesimo a principio
sue consuetudinis et signum illius
est quia accidit in principio in-
ceptionis sue consuetudinis melonis (?)
et ponderacio vrine. Quando fuerit
sub lingua (?) pustula et in pal-
pebra inferiori oculi sinistri
pustula et alba tunc scias
quia paucos dies morietur in xx°
die consuetudinis sue et signum
illius est quia accidit ei in
inceptione sue consuetudinis desiderium
desiderio vehementi.

Capitulum xxxvi de quomodo digestionis et indigestionis humorum in febre

Hic requiritur de digestione
in communi et speciebus digestionis.
Digestio est complexio a
naturali calore eorum que accedentibus
passionibus contrariis. Digestio
etiam dicitur permutacio facta
a virtute eius aliquid propter medi-
cinam vel digestio humorum ut materie
adaptacio sit melius a corpore
expellatur et talis digestio attri-
buitur in superfluis vel digestio
est alteracio faciens cessare pu-
tredinem manente eius substancia.
Et hec digestio fit proprie in humori-
bus qui sunt materia febris
vel digestio est permutacio intern-
a in debitum mutatio et hec dige-
stio fit a virtute naturali que atti-
ngit et meliorat. Manifestum est
quod omnis digestio et indigestio
considerata a medico proprie atten-
ditur in superfluis que ema-
nant a membro lesis ut apo-
stemosa vrina cum mutata
sunt in febribus de subtilitate
in spissitudinem vel in se habent
residenciam albam vel nebu-
lam vel aliquid aliud natans
super corpus eius quod in principio
non apparebat digestio dicitur
digesta. Sciendum quod convenit quod
omnis digestio in materia et
superfluitas reddit spissam spis-
sam vel quodammodo vel simpli-
citer dicitur cum quod fla vi[illegible]
per digestionem sit subtilis aliquid
aut magis molle si inspis-
sat materiam que sericum corpulen-
tum inficiatur. Et est sciendum quod v-
rina proprie attestatur super suas
significaciones super consuetudinem
epatis et venarum renum et vesi-
ce et ego super consuetudinem intestinorum

sti et inflammacio sputi super-
venientes pulmonis et spiritualium
et instillacio et lenitudo super-
ogtudines crebri et siccas precedunt.
Cum quo in urina coctione et
sputo et similibus et superfluitatibus
que a corpore eliminantur vel
que in loco apostemoso con-
sidantur quia non sunt facta
aliqua mutacio neque aliqua
mollicies vel alteracio in ipse
est signum indigestionis. Cum vero
urina in febribus et consimilibus [deleted]
[deleted] corpus et renum et vesice mu-
tata sunt in substantia vel colore
absque ypostasi si cum illau-
dabilitate coloris et bona muta-
cione in substantia et confortacione
motus et sompni et appetitus
et vigoritate pulsus et anhe-
litus signum est digestionis.
Si autem cum istis condicionibus in sua
sint in fundo eius ypostasis vel
nebula pendens erit signum
complete digestionis. Si mutatio ipsius
in contrarium et mutatio condicionum predic-
tarum in contrarium est signum indi-
gestionis et longitudinis infir-
mitatis mortis finaliter. Et ipst
hic dicatur et est verum si signa
crisis videlicet tribulacio et angus-
tia et multiplicatio alienationis
et urine et egestionis retencio et
unguium denigratio et extre-
morum frigiditas cum tremore
et malus anhelitus et pulsus de-
bilitas et consimiles apparent
vel incipiant apparere ante ap-
paricionem signorum digestionis
occulte vel manifeste longam
egritudinem et indigestionem significant mor-
tem aut imperfectam crisim.
Et in egritudine pulmonis et costarum
si infirmus nichil expuit neque
febris dimittit vel quod expuit
est subtile et indigestum et cum labore
expellitur signum erit longe et
indigestionis. Si vero spuere aliquis
cum levitate subtile cum quadam
albedine et cum alleviacione an-
helitus et gravedinis loci in quo
est infirmitas iam incipit materia
apostematis digeri et maturari.
Si vero id quod expuitur est spis-
sum album inpolitum cum saliva
et de levi expellitur et cum
modica tussi et alleviacione
loci manifeste et de diminucione
febris erit signum complete digestionis
et salutis finaliter. Si vero sputum
rubeum purum vel citrinum vel
nigrum vel viride est signum
indigestionis et sic hic anhelitus
sit malus et pulsus debilis et urina
livida vel tenuis in ultimo
et gravitas maior in loco cum
tussi gravi et molesta est hoc
totum signum indigestionis et mortis
finaliter. Et si post ista finaliter
in die non critica signa esse
immediate incepit apparere vel
apparuit sed si cum sputo rubeo
vel citrino esset commixtio sputi
albi ita quod rubedo vel citrinitas
non haberet dominium in mixtione
significaret cum aliis bonis con-
dicionibus dictis supra perfectam
digestionem in futuro et salutem sicut
dictum est de urina et spu-
to ex parte digestionis et indigestionis
ita intelligatur in omnibus aliis
et superfluitatibus que a corpore
expelluntur. Capitulum xxxvii

De crisi et signis significantibus crisim et eius maliciam vel bonitatem

Crisis est velox motus
morbi cum infirmus ad
mortem vel salutem dedu-
citur. Species autem crisis sunt
vi prima quarum est que subito

mutatur ad longam et perfectam sa-
lutem. Secunda in qua eger subi-
to mutatur ad malum et moritur.
Tertia est in qua eger usque
a principio paulatim et occul-
te mutatur ad bonum et salvatur.
Quarta est in qua eger su-
bito mutatur et in perfectam sa-
lutem et postea per longum
tempus paulatim mutatur ad
salutem. Quinta est in qua eger
mutatur paulatim a principio
ad malum et moritur. Sexta
est in qua eger subito mutatur
ad malum non finitum et postea
mutatur paulatim ad mortem.
Scientia huius generis est quod tales mu-
tationes in quibus eger subito
et velociter mutatur ad perfectam
salutem vel mortem fiunt in
egritudinibus acutis et conclusis que
terminantur in quarto decimo
die vel ante aut in vigesimo
die vel quadragesimo ad plus
et hoc vult ipse in particula am-
phorismorum ubi dicit acute
egritudines in quatuordecim
diebus iudicantur et in particula
pronosticorum ubi dicit signa bona
cum sic ipso ordine cognoscuntur
et habent audientem salutis [illegible]
obtestationem. In acuta egritudine que
cum febre est cuius finis est
in quadraginta diebus ut vult
G. et ipse quod dies quadragin-
ta et dies quatuordecim sunt
dies cum quibus venit crisis
acute egritudinis et quod egritudo
acuta requirit conditiones tres
ut quod ipsa fiat de materia acuta
et quod ipsa materia sit conclusa in
omnibus venis corporis aut
sit conclusa et collecta in aliquo
loco corporis uno membro appropriato
ut fit in pleuresi et peripleumonia

et similibus et quod sit eius velocis
motus et fortis et timorosi. Alie
autem mutationes quatuor sunt
in solutionibus et cronicis egritudinibus ap-
paret manifeste et videtur
per diffinitionem crisis et per verba
philosophi quod non debet appellari
crisis in veritate nisi illa que
fit in egritudine acuta et in qua eger
subito movetur ad salutem
perfectam et signum huius est quia
crisis secundum rei veritatem et que
vere crisis a philosophis appellatur
non fit neque incipit fieri nisi
in hora status quando accidentia
ultimantur et fiunt in declina-
tione accessionum nam illa ipse est
hora in qua fit velox motus
et fortis et ultimus et ad bonum
et hoc vult G. super amphoris-
mo particule que dicit Quibus
autem fit crisis hiis non diffi-
cile an accidit dicit enim ibi
quod omnis crisis plus attinet
sanitati quam morti nisi acci-
dens ut in egritudine peripleumonia
cum ergo secundum rectum ordinem
nature moveatur ordinate etiam
que movet cuius ministrator
est medicus non fiat ergo nisi
in fine hore dicte et in illa
hora non contingat aliquem
mori nisi per accidens et omnis
crisis plus attinet sanitati
quam morti videtur ratione
dictis et hora in qua fit quod
bene potest affirmari et dici in
veritate penes bonam inten-
tionem in talem quod crisis vera
non dicitur nisi illa in qua
eger subito mutatur ad per-
fectam salutem. Illa vero
in qua eger subito mutatur
ad mortem non dicitur crisis

a medicis appellatur si mutatio mala cum careat talis mutatio ordine et tempore determinato fit enim talis mutatio quandoque in principio quandoque in augmento quandoque in statu et accessionibus diversis aliis aut quatuor mutationes sunt secundum fines morbi infirmitatum. In quibus aliquando similiter egritudo ad bonum occulte vel ad malum quandoque cum ordine quandoque absque ordine appellatur a medicis [illegible]. Signa significativa crisim et que eam antecedunt sunt intellectus disturbatio et scotomia et vertigo et inquietudo egri et eius conversio in figuris et locis et constrictio anhelitus et dolor capitis et colli fortis et tussicula et nausea et rubedo faciei et imaginationes ante oculos apparent et lacrime involuntarie fluunt et labiorum tortuatio et in stomacho dolor aut in inferioribus dolor ventris et dorsi rigor et urine ac egestionis duricia et sitis vehemens et tremor et contractio pellis ypocondriorum ad superiora. Si autem cum istis accidentibus precedentibus convenientibus fuerit egritudo acuta et visa fuerint hec signa in die vel nocte antecedente cretica et cum hoc fuerit pulsus in fortitudine augmentatus et signa digestionis complete vel occulte dubie in superfluitatibus apparuerint ante se... absque omni dubitatione iudicari potest quod crisis ex naribus aut fluxu ventris aut vomitu aut hiis similibus et quod egri

dispositio mutabitur ad perfectam salutem aut ad bonum manifeste. Si vero talia accidentia apparuerint virtute existente debili et ante apparitionem signorum digestionis occulte vel manifeste quasi crisim significabunt ad mortem vel ad malam dispositionem. Cum enim vulgus videt in infirmitate ista accidentia terribilia et timorosa supervenire egro et medici dimittunt multum timent et fugiunt et diffidunt de infirmo omnino non considerantes qua hora et die supervenerint accidentia terribilia et timorosa aut post apparitionem signorum digestionis vel indigestionis aut ante et virtute existente debili vel forti propter hoc decipiuntur et vituperantur multotiens ab astantibus et amicis infirmi in suis pronosticationibus. Propter hoc conveniens est ut sapiens medicus astute et cum deliberatione in hiis velit et debeat continue considerare secundum quod est dictum superius ut veritatem secundum apparitionem signorum possit enunciare. Signa significativa maliciam vel bonitatem perfectionem vel imperfectionem crisis sunt vi. Primum est ut crisis fiat cum aliqua purgatione manifesta. Secundum est ut humores mali et nocivi qui sunt in ea infirmitate et non alii purgentur. Tertium est ut ipsi humores mali purgentur per convenientem regionem. Quartum est ut crisis fiat cum quiete et lenitate. Quintum est ut fiat in die cretica post apparitionem signorum digestionis. Sextum est ut fiat in die cretica. Si autem

aliq ex dictis sed // si quis
i crisi aliqua defecerint erit
diminuta vel imperfecta Si vero oia
affuerint mutata i contrariu erit
mala et mortal **Cap xxxiij de cognicione specierum euacuationis crisis et per quam partem perfecte debeat fieri ipsa euacuatio**

Quoniam cum crisis aut
fit per permutacionem ma
terie de vno membro
ad aliud sic quando fit aposteua
post aurem aut in collo vel
pede vel alio loco aut per mun-
dificacionem manifestam cum flu-
xu sanguinis narium vel fluxu
ventris vel vomitu aut sudo
re vel cum prouocacione vrine aut
per apericionem emorroydarum vel
menstruorum Ea aut que mani-
feste significat crisim per con
tura i aquibus membris corporis
sit febris non multe caliditatis
sed acutatis et quod infirmus do-
leat et agitetur i aqua pre
torporis plus solito sicut post
aurem aut in pede vel inguine
coxa vel crure et similibus et
vt vrina pacientis sit subtil
non significacionis perfecta digestionis
ymo diminutam et quod vltra infir
mi sit salua non i vltimo for
titudinis neque i vltimo debi
litatis et quod materia infirmitatis non sit
pure calida sed habet naturam
admixtionis Confirmacio quod crisis
sit futura per fluxum sangui
nis ex naribus est faciei et
oculorum rubedo et rubedo
et radii ante oculos apparentes
et lacrime fluentes et oculorum
tenebrositas et pruritus narium
ac earum rubedo et cutis que est
sub ypocondriis contractio ad su
periora et anhelitus constrictio et
frontis et tymporum pulsacio et
venarum apparicio manifesta i
fronte et tymporibus vltra que
erat in sanitate Confirmacio
vero crisis facta cum vomitu
est nausea et stomachi subuersio et
labii inferioris citacio et fluxus
saliuarum ab ore aliquando cum
singultu aliquando cum mundifica
tione stomachi Significacio
super crisim que debet fieri
per sudorem est retencio vrine
postquam signa crisis apparue
runt vel inceperint apparere
et ventris constrictio et pulsus
leuitas cum plenitudine
et vndacione et quod corpus totum
senciat calorem et humorositatem
cum forma precatione et acumine
in eo consistente Noticia vero
quod crisis fit cum fluxu ventris
est vt sit grauitas i inferiori
bus ventris sicut vmbilico
et contractio et agitacio et commocio
manifesta et eructus ventositatis
cum sonitu et absque sonitu Que
na significacio super crisim
per vrinam est vrine retencio
et grauitas feminis et commo
cio circa vesicam et femur
et quod materia commocionis sit secundum plu
rimum aquosa et grauitas circa
renes et spinam vsque adue
sicam manifeste Confirma
cio crisis future per apericionem
emorroydarum et menstruorum est
pruritus ani et tuberositas
sine eminencie venarum

citrinum aut nigre sint
et que urina turbida et spissa
aliquando apparuit. Si vero
ita pacientem et multa mu-
lier gravedinem sensit et
menstrua non habuit an-
te suam infirmitatem et agita-
cionem et commocionem habuerit
in matrice et circa matricem et
sint consueta sua habere men-
strua diebus illis quibus
tales eveniunt significaciones
et urina in fundo habuit
quandam nigredinem fiat eciam
crisis per provocacionem menstruorum
et specialiter iste significaciones
et superiores dicte melius signifi-
cabunt si post apparicionem sig-
norum dictorum apparuerint in die
aliqua cretica. Plerumque fe-
bres sanguinee terminantur
per fluxum sanguinis narium.
Et febris que vocatur apa-
epatis calidum terminatur similiter
plerumque per fluxum sanguinis et
narium. Secunda frenesis per
fluxum sanguinis et sudorem
in capite. Febres acute et
que sunt de materia colerica ut
plurimum per sudorem et per vomitum
et fluxum ventris colericum. Quar-
tane per apparicionem emorroidarum
et menstruorum et per fluxum ventris
nigrum et feculentum et fluxum
urine nigre. Flatice et note
per fluxum urine et cum fluxu
ventris colice et flatice len-
te et mixte per apostema in
aliquibus partibus corporis ut
dictum est finiunt et terminantur
similiter plurimum. Capitulum xxxviii
de diebus creticis et de mo-
mutacionis divisione et generacione

Dies vero cretici dicuntur
a crisi quia omnes muta-
ciones cretice de quibus
fiet sermo inferius et in eis fiunt.
De diebus quidam sunt cre-
tici solum ex aspectu infir-
mitatis quidam vero sunt
cretici non solum ex aspectu
infirmitatis sed recipiunt iuva-
mentum et manifestam altera-
cionem a corporibus superioribus
vel celestibus. Dico vero cretici
in quibus fit mutacio solum per
impetum infirmitatis ut vio-
lenciam aut acuitatem materie
infirmitatis mutant sic et se-
generacionem primus dies et secundus et ter-
tius. Item huius quartus et quintus
quintus sextus septimus octa-
vus nonus hic enim sumuntur
dies cretici quia dicuntur creti-
ci solum per impetum infirmitatis
et violenciam et acuitatem
materie infirmitatis. Nam non
est possibile quod ultra diem no-
num remaneat materia infir-
mitatis nec ipsa infirmitas
cum virtute conveniente ad mo-
tum creticum cum tanta acuitate
que per se sola sit sufficiens
ad faciendum diem creticum
quamvis ipsa infirmitas vel eius
materia mitiget et molestat
vel debilitet et tunc ultra
ista diem est necessarium ad hoc
ut aliqua dies sit cretica
quod non fiat cretica nisi natu-
ra infirmitate a superioribus cor-
poribus et celestibus disposicionibus
per mutacionibus recepit mani-
festam alteracionem et mutacionem
et experimentum hoc totum recti-
ficavit cum racione quam non est

possibile cum natura ultra diem istam
manifeste incipiat debilitari
ut sustineat infirmitatem cum
impetu acuto convenienter ad
diem creticam posse cum ipsa natura
vincat manifeste infirmitatem
cum sua materia ante hanc diem
vel penitus curatur et hoc est
sensibile et manifestum apparenti-
bus in motibus infirmitatum et
specialiter qui sunt in diebus cre-
ticis. Si enim aliter esset possibile
esset quemlibet diem creticam sed
quod est impossibile et contra sensum et
experimentum. Hec enim regula in-
numerandi dies creticos vel modus
appellatur a medicis regula vel
modus innumerandi dies per replicationem
septimanam in die cretica vel appella-
tionis vel regula ternaria. Constat
homo hic de duobus videlicet
de replicatione tertie diei in
innatione et de die septima que
innatur in istis diebus creticis
quia non sunt cretica nisi solum
per impetum infirmitatis et
ipsa dies septima est finis prime
septimane medicine que disponitur
cretica sic inferius apparebit
per motum et mutationem inductam
a corporibus superioribus et dies quar-
ta eam indicat secundum revolu-
tionem corporis celestis. Dicendum
est quod fit replicatio dierum in
enumeratione ad denotandum imper-
fectionem dierum quia medici con-
siderant et specialiter fit replicatio
semper in tertio die quia innatio
fit secundum regulam ternariam et modum
innumerandi de tertio in 3um diem
nam dies naturalis et revolutionis
solis de eodem ad idem secundum mo-
tum diurnum fit in xxiiii horis
dies vero medicinalis secundum quod infra

apparebit constat ex xxiiii horis
et paucis pluribus tempus hic replicatio
que fit in die tertia notat hanc
imperfectionem. Super considerationem sep-
timi fit distinctio hoc modo
quia enim consideratur septima
dies secundum quod indicata est a die
quarta et secundum quod est finis prime
septimane per divisionem mensis
medicinalis qui fit a revolutione
lune sub xii signis per eos
medici considerationem ulterius
verius monstrabitur et secundum hanc
considerationem debent innumerari cum
diebus in quibus fit crisis per
impetum et permutationem et altera-
tionem factam a corporibus superioribus
a motu corporum superiorum vel
celestium quorum considerant per re-
plicationem ~~dierum~~ viam dici quod
hic est dicendum de diebus creticis
qui sunt cretici solum per im-
petum et acutem infirmitatis
et indicat per hoc super nonam
diem et secundum hoc et per aliquam istam
in diebus tertiis qui sunt cre-
tici secundum regulam ternariam vel
per modum replicationis tertii diei
innumerantur. Sed cum natura in ipsis
fortis invenitur et superbia
in ipso faciant manifesta mu-
tationem et sensibilem fortior
dies ex diebus creticis indicatur
et est. Et similiter est quod omnes
febres que terminant solum
per impetum infirmitatis videlicet
in nono septimo quinto et tertio
sunt et si de materia colerica calida
et sicca vel de materia mutata ad
acutem per viam putrefactionis
et propter hoc sunt nate cum omnis
talis egritudo vel de tali materia
sit fortissimi nocumenti ut

simret ad bonu ut ad malu
infra hoc tempus quia natura
eo tunc fortissima nocumenti
et fortissime acuitatis dum tol
lare non potest quin vincat aut
vincatur Si vero diem ista fu
erit variatio mollificant materiam
et acuitas infirmitatis dimi
nuitur et sic consuetudo quod contineat
ad consuetudines que terminant die
bus in quibus fit mutatio quod
non solum per impetum sed per
revolucionem corporum celestium
et sic manifestum est quod non
dies qui inveniuntur secundum relam
et morbi tenuam continue post
nonum diem ad vicesimum dies
qui inveniuntur secundum modum et re
quartanaria ut ad vicesimum
dies in quibus fit crisis non so
lum per impetum sed per inveniuntur
et mutacionem que fit a corpori
bus superioribus et celestibus Ca
endum est ergo quod cum febris
continua que fortius movet
de tercio in tercium diem fit de
materia quia per viam putrefactionis
mutata est ad talitem et secundum
hoc cottidiana continua vel
interpolata aliquando manifeste
de tercio in tercium fortius movet
aspicientibus non et considerantibus
in hoc re et secundum verum visum
omnes sensibiliter apparebit
Dies non critici in quibus fi
unt mutaciones secundum quod cor
pora infirma recipiunt muta
tionem et alteracionem a celestibus
inveniuntur aliquando cum replicacione
aliquando absque replicacione dici
mus secundum divisionem primam sa
septiana non replicatur vel
continua nunquam cum septiana
prima nec vicesima octava

cum vicesima septima Dies
vero quindecim septimanas per me
dium sive dies quarte semper
ad vicesimum replicantur ut mo
strabitur manifeste Ad evide
ntiam omnium istarum rerum convenit
medico ut supponat duas
generales radices probatas in
naturali physica quarum prima
est materia que est subiecta ge
neracioni et corruptioni variacioni
et omni mutacioni non adhereo
sine vim neque ordinem vim quo
modo sit materia unde in omnibus
ut probatum est primo physicorum
et quarto celi et mundi et primo
de generacione et libro de sensu
et sensato Secunda radix est que
adhibet vie vim et ordinem vim
et est causa et principium omnis mutacionis
et motus et variacionis et alteracionis
que sunt et fiunt in corporibus
inferioribus et est motus corporum
superiorum et hoc totum probatum
est octavo physicorum et prima parte
libri methaphysice Cum igitur
corpora superiora per suum motum
sint causa inferiorum motuum
variacionum et alteracionum ut
dictum est tales mutaciones
et alteraciones potius debent
attribui soli et lune quam aliis
corporibus superioribus eo quod ma
gis sensibiliter ut apparet
mutant inferiora et variant
quam alia superiora Racionem
et sensibile est quod sol omni anno
mutat res secundum generacionem cor
rupcionem augmentum et diminucionem
perfectionem et imperfectionem sine
maturacionem et inmaturacionem
et similiter luna omni mense
Cum ergo sol sit tardioris
motus et sunt ista duo radix

omnium mutationum que fiunt in
inferioribus videtur quod res que
sunt tardi motus et que recipi-
unt suas varietates a cor-
poribus superioribus et specialiter
precedentes mutationes que fiunt
in toto anno a sole secundum quod
movetur sol sub xii signis
de eodem ad idem per totum
annum simpliciter soli attribu-
antur et attribui debent ex nar-
ratis et dictis consimilibus. Res
vero que sunt velocioris motus
et velociter recipiunt et omni men-
se suas varietates a superio-
ribus corporibus et specialiter secundum
quod luna velociter movetur omni
mense sub xii signis de eo-
dem ad idem simpliciter lune
attribuantur. Cum ergo de in-
firmitatibus que sunt in corporibus
humanis quedam sunt cronice
et tardi motus quedam sunt acu-
te et velocis motus videtur conve-
niens et utile ut egritudines
cronice et tardi motus in suis
varietatibus et alterationibus po-
tius soli quam lune attribuantur
et per motum solis et secundum motum
eius debent variari et mutari
terminari et finiri quam per motum
lune. Acute vero egritudines
et que sunt velocis motus secundum
suas varietates et alterationes
lune et non soli attribui debent
et per motum lune sub xii
signis secundum quod fit omni mense
alterari et terminari ad bonum
vel ad malum debeat. In ta-
libus varietatibus et mutationi-
bus et alterationibus factis cor-
poribus inferioribus a sole et luna
sol assimilatur regi magno
et luna eius vicario. Ita sicut

vicarius magis particulariter respi-
cit facta regis quam dominus rex
et magis particulariter et velociter
currit per loca regis quam rex
sed dominus rex dat vicario
suo omnem virtutem necessariam
et utilem ad suum officium. Si-
militer luna magis particulariter
et velociter currit per loca solis
quam sol sed sol dat lune omnem
virtutem quemcumque ad hoc
faciendum et mutandum et
sicut rex pigrius et tardius
et cum maiori maturitate et
magis caute intendit quam eius
vicarius ita sol pigrius et tar-
dius et magis caute respi-
cit inferiora quam luna. Et
quemadmodum sol per suum mo-
tum sub signis xii mutat
tempus anni secundum quatuor
manifestas diversitates. Verbi
gratia cum facit suum mo-
tum sub ariete tauro et
geminis et cum hoc est a medio
marcii per totum aprilem ma-
ium et medium iunii disponit
aer et tempus secundum temperiem
et dicitur illud tempus ver
et incipit fieri generatio rerum
manifeste. Cum vero move-
bitur post hoc sub cancro
leone et virgine tunc sol
est in maiori declinatione
versus septentrionem disponitur
illa hora aer et tempus secundum
caliditatem et siccitatem et appel-
labitur hoc tempus estas
et tunc complebuntur res generate
et perficientur et hoc tempus
durabit a medio iunii per
totum iulium augustum et me-
dium septembris. Ultra hoc

tempus movebit sol sub libra
scorpione et sagittario et tunc
incipiet sol declinare versus
meridiem et removeri a nostris
partibus et tunc mitigabitur
fervor estatis manifeste et
mutabitur tempus ad sicci-
tatem et frigiditatem et appellabi-
tur hoc tempus autumpnus et illo
tempore incipit fieri corrupcio
terrarum et cadunt folia ab arbo-
ribus et durat tale tempus a
medio septembris per totum
octobrem novembrem et medi-
um decembris. Post illud move-
bitur sol sub capricorno aqua-
rio et piscibus et erit sol tunc
magis remotus a nostris par-
tibus et in maiori declinacione
versus meridiem quam esse potest
et appellatur tale tempus yemps
et durat a medio decembris
per totum ianuarium februarium
usque ad medium marcii et tunc
terra remanet absque generaci-
one et manifesta mutacione
ita quod tota natura arborum
et herbarum revolvitur circa radi-
ces sub terra. Ita et eodem mo-
do luna revolvitur sub xii sig-
nis omni mense et faciunt in-
manifestas mutaciones et differen-
cias ubicumque incipiat quare sep-
timane a medicis et hominibus
communiter appellantur et tales menses
et eius septimane aliter a vul-
garibus et aliter a medicis consi-
derantur. De mensibus autem
lunaribus quidam dicitur men-
sis coniunccionis quidam mensis revo-
lucionis quidam vero mensis
apparicionis. Mensis autem coniunc-
cionis dicitur illud totum tempus
quod est a die coniunccionis ubi sol

et luna quousque luna circuierit
omnia signa iterum sunt coniuncta
cum sole et hoc est in xxix die-
bus et dimidia ad plus et minus
quasi. Verbi gracia ponamus quod
sol sit in primo arietis et luna
sit iuncta secum in eodem gradu
tunc movebitur luna a sole
in primo arietis non cessabit mo-
veri donec omnia peragraverit
signa et redierit ad principium
arietis in quo iuncta fuit cum
sole et hoc erit in xxvii die-
bus ad plus. Sed cum venit ad prin-
cipium arietis non inveniet so-
lem in primo gradu arietis in
quo fuit iuncta cum sole ymmo
inveniet solem iam transiuisse
ultra usque ad primum thauri
quia per tantum spacium videlicet
movetur sol quolibet mense. Hoc
est peragrat unum signum. Sed
luna iterum movetur ex necessitate
per totum arietem et antequam solem
inveniat per duos dies et dimi-
dium et sic iste mensis coniunccionis
constat ex diebus xxix ad plus.
Sed hic mensis non consideratur a
medico ymmo ab astrologo eo
quod revolucio lune in signa q
[illegible] cum sole in plus est quam
sunt xii signa ymmo sibi
[?] coniunccionem iam xiii sig-
na erunt quia revolucio
perfectam revolucionem totius
circuli excedit et sic hic me-
nsis appellatur mensis vero coniunc-
cionis. Mensis autem revolucionis
perficitur sive luna inveniat
solem sive non constat ex xx-
vii diebus et tercia dici. Mensis
vero apparicionis a tempore quo luna
videtur antequam intret sub ra-
dios solis et postquam incipit

apparet cum separatur a sole constat
ex xxviii diebus et die media Et
quamvis isti duo menses sint de consi-
deratione medici non sunt conve-
niens nec utile in compositione me-
dicinali ut duos computet menses
in enumeratione dierum creticorum accidit
enim propter divisionem septimanarum
in mensibus et radice considerata
ex duobus ~~mens~~ mensibus divi-
sis error in enumeratione Et propter
ista causam voluit medicus et fuit
conveniens ut ex illis duobus
mensibus faceret unum mensem
totum qui in suas dividetur
septimanas et quartas et dies
medicinales et per hoc secundum istam
viam posset medicus venire
ad rationem inventionem dierum secundum re-
plicationem et divisionem prout conve-
nit diebus creticis medicinali-
bus secundum viam et regulam quarta-
naria aut secundum quod dies repli-
cantur semper in die quarta vel
~~in mediate~~ in medietate septimane
et hic mensis qui fit ex illis
duobus mensibus mixtis simul
appellatur mensis medicinalis
et eius septimane cum dividitur
ipse mensis in quatuor partes ap-
pellantur septimane medicina-
les et medietates illarum septima-
narum appellantur quarte scilicet quatuor
dies medicinales Et est pro-
creatio mensis medicinalis ex
mense revolutionis et mense ap-
paritionis sic fit coniugatur
mensis revolutionis et mensis appa-
ritionis simul dividatur illud to-
tum per medium illud quod inde
venerit per divisionem in duas partes
equales erit mensis medicinalis
Verbi gratia mensis revolutionis
constat ex xxvii diebus et tertia
diei que est hore viii et mensis

apparitionis constat ex xxviii diebus
et medietate diei que est hore
xii si componantur xxviii et xx[vii]
adinvicem fient lv dies quos
dies lv si dividantur per me-
dium veniet unus qui erit
xxvii dierum et xii horarum
Si autem componantur viii ho-
re mensis revolutionis et xii
hore mensis apparitionis fient
hore xx que si dividantur
per medium veniet per medietate
hore x que hore x si con-
iugantur cum horis xii mensis
perfectum est ex illis diebus
habebis quod ille mensis qui pro-
creatus est ex mense revolutio-
nis qui constat ex xxvii diebus
et tertia et mense apparitionis qui
constat ex xxviii diebus et
medietate constabit ex xxvii
diebus et xxii horis et hic pro-
pter appellatur mensis medicinalis
Mensis vero medicinalis si divi-
datur in quatuor partes equales
fient septimane medicinales
et quarte medicinales et dies
medicinales per divisiones suc-
cessivas ut inferius dicetur
Verbi gratia mensis medicinalis
qui constat ex xxvii diebus et
xxii horis si dividatur in qua-
tuor partes fient septimane
quatuor ita quod quelibet consta-
bit ex vi diebus et xvii horis
et dimidia hora Si vero iterum
quelibet septimana dividatur
in duas partes equales ve-
nies quod quelibet medietas con-
stabit ex tribus diebus et viii horis
et dimidia hora et quarta hore
Et si diviseris iterum septima-
nas quartas in dies [illegible]
quod quilibet dies medicinalis constabit

xxxviij hor perfectis t q̄rta de-
cima vnius hore Et propter ipsa per
con repta immediate i medie
tate cuiusl septiane respectu
dies integros & perfectione sit
semper replicans in quarto uel
medietatibus septimanas & propter
perfectionem reptam in die septia
que est dies ultima prime sep-
tiane non ꝯtinuatur uel repli
catur prima septiana cum sc̄a s̄
tia cum sc̄a ꝯtinuatur uel repli
catur propter imperfectionem reptam
in fine ipse septimane & sic fi
niuntur tres septiane prime in
vigesimo die ut inferius vide
bitur manifeste Et hic modus
appellatur primus periodus ulius
Et secundus finitur in quadra
gesimo die septiane cuius ꝯ-
puta diuisiones & ꝯiunctione ut
septimane primi periodi ulius
& tercius finitur in lx die septi
mane cuius tres similiter diui-
sionem & ꝯiunctionem ꝯputat ut
septiane primi periodi vniuersal
prima dies sc̄i periodi ulius est
xxj & p̄a dies tercij periodi vni
uersalis est xlj dies Habes
ergo quod periodi vniuersales sunt
tres qui in sexagesimo die
finiunt & ultra quadragesimum
diem uel ad plus sexagesimum
non fit mutacio dierum ꝯueni-
encium ad egritudinem acutam & con-
similem illic natura dies q̄rtas
uel dierum diuidencium septia-
nas per medium & remanent natura
dies tercias tantum in septianis
q̄ natura remanet i septianis
usque ad vj menses & postea de-
struit natura desterminatur natura septi
manas & tunc sit in mensibus &

finaliter i annos pro vnum annum
uel duos Ad vera euidenciam
scientiam qualiter prima septiana
non ꝯtinua cum sc̄a sc̄a sc̄a cum
tercia & quare semper medietates
omnium septianas adinuice ꝯti-
nuant requiritur regula que sic ia
cet omnis numerus ꝯtinens in se
medietatem numeri seu integri uel
minimus medietate pro unde sic
unus sunt in arismetica & omnis
numerus ꝯtinens in se plus medie
tate numeri seu integri pro integro
reputatur Et ibi alia regula
ꝯuenienis ad scientiam hoc est quod
nulla ꝯputacio dies uel numerus
incipiet ab incompleto numero uel
non integro numero ymo omnis
ꝯputacio dies uel numerus semper
incipit a ꝯpleto uel integro
numero & sic ꝯcludit ser istas
regulas cum dies medicinalis
ꝯstet xxxviij hor & plus
aliquantulum ut videbitur sic
quod omnis dies qui ꝯtinet in se
plus vij hor sumitur pro integro
hoc sc̄i ꝯtinet in se horas xij
uel xj aut minus pro medio
aut pro imperfecto reputabitur
& omnis septimana ꝯstabit
xlj diebus & hor plus xij
reputabitur pro perfecta uel inte
gra ita quod non ꝯtinuabitur
uel replicabitur cum sua succes-
siua & cetera Cum ergo i septia-
na media sca diuisione mensis
medicinal in quatuor partes
ꝯstet xlj diebus & xvj hor
& dimidia que hore septimi
dici sunt plus medie dici
integre medicinal sumitur
ultima dies prime septimane
pro perfecta & integra & propter

hoc in materia dies creticorum
primi periodi universalis non repli-
catur dies septima ymmo
octava dies sit prima dies
secunde septimane. Si non computen-
tur dies ⁊ horas sine septima-
ne quam dies sunt vi ⁊ hore
xviii ⁊ dimidia cum diebus et
horis ⁊ media hora sic prima
hora septimana percurabi-
tur per computacionem istarum duas
septimanas adinvicem unus
dierum qui erit xxviii die-
bus ⁊ xii horis ⁊ quia iste ho-
re xii sunt primum quartideci-
mi diei ⁊ de natura ipsius
quartidecimi ~~diei~~ ⁊ quem est
finis secunde septimane ⁊ non
sunt ille xii hore neque me-
dietas diei ymmo minus me-
dietate diei ponunt ipsum
quartumdecimum diem imperfectum
qui per replicacionem factam in
ipso completur ⁊ sic sit finis secunde
septimane ⁊ primum tercie ⁊ fa-
cit per talem replicacionem sep-
timanam decimam ⁊ vigesimam
occurrere que sunt inventa
cretice per experimentum. Si autem
coniungantur tres septimane sic
sicut quarum quelibet constat ex vi diebus
⁊ xviii horis ⁊ dimidia tunc
eas oportet finiri in xx diebus
⁊ quatuor horis ⁊ dimidia
⁊ propter illas quatuor horas que
per michelo reputantur vel per re-
ciprocam imperfecta sit aliquando crisis in prin-
cipio diei xxi raro tamen et
sic continuatur iste tres sep-
timane primi periodi universalis
coniunctim ⁊ divisim ita tres
septimane secundi periodi universalis

que terminant in die xl similiter tres
septimane tercii periodi ultimus que
terminant in die sexagesimo tercio. Quod autem
quod luna sit velocioris motus
⁊ non respectu solis ut dictum est
superius attribuuntur ei motus et
mutaciones egritudinum acutarum
⁊ causas materias ⁊ cum ipsa luna
fortiores ⁊ nobiliores ⁊ magis
sensibiles faciat mutaciones
in inferioribus cum sunt super suas
quadraturas que sunt per di-
visiones mensis medicinalis
in quatuor partes quamvis quando
non sunt fiunt convenientes et
racionabile ut luna egritudines
acutas ⁊ que cursu eius in
fine septimanas medicinalium
in ⁊ medietatibus septima-
narum fortius immutaret ⁊ nobi-
lius quamvis que contra sunt qua-
draturas ⁊ medietates aspi-
ciat enim tunc luna corpo-
ra inferiora forti aspectu qua-
drato cum sunt super suas qua-
draturas. Et cum sunt super
medietatem aspicit inferiora
medio aspectu inter fortitu-
dinem ⁊ debilitatem ⁊ propter hoc
fines septimanas ⁊ medie-
tates earum sunt dies creti-
ci dicti per motum lune et per
regularem quartanaria et
motum computacionis replicacionis sue
in quartis ⁊ medietatibus sep-
timanas. Dies non cretici
qui mutant per relacionem quartana-
riam ⁊ replicacionem suam in quartis ⁊
medietatibus septimanarum ⁊ quam
mutant per divisionem secunde septima-
ne a principio ⁊ continuacionem trium
septimane cum secunda autem per

replicacionem quartedecime
diei sic quietem et diuisim
dent inari usque ad diem
vigesimam que est finis primi
periodi vniuersalis Et eodem
modo fiet iudicium secundi periodi et
tamen ultimus in fine septimanarum
et quartarum ut medietatibus sunt
septenarum et quartenarum precedentium
sicut in modo primi periodi ultimus
Verbi gratia duo dies quater
hic sunt medietas prime
septimane sit replicatio propter
imperfectam et tamen narratam
superius in quarto die sic itum
quatuor quoque secundo septe hic
sunt prima septimana et non
continuatur cum secunda propter causam as-
signatam et precedit sic ad secundam
septimanam octauus nonus deci-
mus vndecimus sic sunt medie-
tas secunde septimane et replicatur
in eius undecima et dicitur
vndecima duodecima tredecima qua-
tuordecima hic sunt secunda septima-
na et continuatur cum tercia ob causam
narratam superius hoc modo quarta-
decima quintadecima sextade-
cima septimadecima hic sunt me-
dietas tercie septimane et sibi-
ca replicacio Hoc modo decima-
septima decimaoctaua decimanona
et vigesima hic sunt tercia sep-
timana et est finis egritudinis a-
cutarum sermone absoluto et com-
plementum primi periodi ultimus
Quadragesimus non dies est
finis secundi periodi prius et finis
acutarum cronicarum Dicos non
qui sunt cretici inventi per mo-
tum lune super egritudines acutas
et qui inueniuntur per quartas sunt
hii Quartus vii vndecimus xiiii

xvii xx xxiiii xxvii xxxi
xxxiiii xxxvii et xl Et
decisiui quidam indicatiui appel-
lantur ut quartus super septimum et
vndecimus et septimus super qua-
tuordecimum Dicos non qui sunt
cretici solum per imperfectam infir-
mitatis nullo modo regulat re-
gulari per motum lune neque per
regulam quartanarum sicut
sunt tercius quintus et nonus et simi-
les dies eorum ubi ut scriptum
est supra et per nonum cum sit
eorum ubi ad dies qui diui-
dunt septimanas per medium ut
ad quartas dies Circa hic co-
uenit quod dies in qua incipit
infirmitas non debet enumerari
in diebus infirmitatis nisi secundum
modo et via ponatur quod in-
firmus incipiat die dominico
vel alio die quo vis et tercia
hora diei vel hora qua
incipit erit prima dies fini-
ta et tunc incipit secunda Et die
martis in eadem hora erit dies
secunda finita et tunc incipiet tercia
et die mercurii in eadem hora
erit dies tercia finita et tunc
incipiet quarta et sic de omnibus
usque ad finem septimanarum
et periodorum Iterum sciendum quod
omnes dies qui non sunt
numerati hic sicut sextus et
consimiles non sunt cretici neque
in eis fit crisis nisi mortalis
aut cum quassione Capitulum xxxv
De significationibus vrine in communi
Vrina cum sit generalis
superfluitas digestionis
hepatis et sit colamentum
sanguinis et aliorum humorum ista
de opere nec et in tempore quiet

opo cuius epatis non est propter
epar tantum sed propter epar et ad
membra omnia que alimentum susci-
piunt ab humoribus generatis in epe
tunc omnes possunt sed hec colo-
re eo non trahent significationem
super epar et magis omnium venas
et super renes et vesicam cum tran-
seat per loca illa simpliciter et per se
et per genus super omnes conditiones
corporis significat quodam modo eo
quod est consequens per materia humo-
ralis que currit per totum cor-
pus ad omnia membra eius Signi-
ficatio per se trahit eo colore
quantitate eo substantia et etiam contenta

Urin bug th in urina

Variatur eius significatio secundum eta-
tem sexum et regionem tempore
complexionem habitudinem inanitionem
repletionem qualitatem cibi et potus
motum et quietem sompnum et vigi-
liam et secundum accidentia anime
propter horam visionis per quem in
vase collecta est variatur

Causa variacionis urine

et per balnea unctiones empla-
stra et medicinas sumptas post. Uri-
na alba lactea vel karopos vel
glauca frigiditatem vero significat
in intestinis et epate nisi in egritudine
acuta. Si vero aliqui istorum colo-
rum urine fuerint cum spissa substantia
significabunt super multitudinem fla-
tus et super vomitus et eorum maliciam
et super colica et super artheticam
et egritudinem nervorum et dolorem
capitis ex frigida causa putrem aut
sebricam et super epilensiam et pala-
sim appoplexiam et spasmum et
super ydropisim propter habundanciam
materie frigide et humide extingu-
mentis calorem in membris et impedi-
entis digestionem et significat super

Urina Alba lactea ut karopos glauca

nauseam et fastidium et destruc-
tionem appetitus et habundanciam et
multiplicationem salive et humiditatis
currentis ab ore in sompno et
vigiliis Sed cum significant
habundanciam erit pauce quantitatis
valde Si vero aliqui istorum
colorum fuerint cum tenui substantia
significabunt habundanciam
frigiditatis cum siccitate et sunt hec
dominus melius in epate et toto
corpore et super egritudines melancolias
videlicet quartanam futuram
et melancoliam et condilomata et ficus
et emorroidas et lepram et
opilationem retentionem men-
struorum et appetitum caninum
et bolismum et lepram et opila-
tionem in epate et splene Et si
fuerint multe in quantitate tales
urine significabunt caliditatem
renum quia renes per sua ca-
liditatem atrahunt totam humi-
ditatem ab epate antequam digere-
tur et coloretur et propter hoc fiunt
tales urine discolorate et
tenues et multe et significa-
bunt diabeticam et inten-
caliditatem Si autem tales u-
rine multe fuerint in febre
acuta vel egritudine acuta signi-
ficant raptum mentis ad cerebrum
et frenesim et mortem finaliter
seu mediante cum eius caliditas
per remotionem materie calide ab
eo in quo generatur urina
debilitet et annullet non
potest facere mutationem in urina
colorata et sic per indigestionem
fit discolorata et tenuis
Urina vero subpallida sub-
citrina conveniens significat equalitatem
caliditatis naturalis in epate et intes-
tinis et bonam et competentem
digestionem Sed in melioribus hominum

Urina subpallida i[d est] subcitrina

pueris et flaticis et senibus pos-
sunt tales colores et urine ta-
les significare terciana notha
de colera vitellina vel citrina
aut duas tercianas ut in sene
continua vero ut pueris et mulie-
ribus Si vero tales urine et colo-
res sunt cum substantia tenui et radio-
sa opilacionem in epate et splene sig-
nificat Et si sunt pauce quanti-
tatis fluxum ventris significa-
bunt Si vero multe sunt quanti-
tatis largum potum aut caliditatem
renum et epatis significabunt Ru-
ra aut subrufa rufa sub-
rubea rubea subrubicunda ru-
bicunda semper excessum caliditatis
significant et colere dominium in
epate et venis vel flatus salsi
Cum vero tales urine et tales
colores apparent significat
ictericiam citrinam absque opilacione
epatis et colicam cum febre Si
aut tales urine sunt subtilis
substantie significabunt ictericiam cum
opilacione et specialiter si longo tempore
tales apparebunt Si vero cum
spissa substantia apparent ante mun-
dificacionem materie que continebat in e-
pate et venis aut forte obul-
licionem materie cale in epate que non
expirat propter opilacionem et sic
... aut mortem aut ydro-
pisim asclitem significat Et
si cum asclite tales apparent
urine pauce quantitatis mortem sig-
nificabunt specialiter si infra de-
bilios sunt terciana continua et
in pollata causone emittere
frenesim futuram et quartanam
si die post accessionem sunt re-
... ut carbunculum et spa-
lit que cum tenui sunt spisse

Rufa subrufa rubicunda

et mediocri quantitate synocham
vel synochum et eius species Si vero
cum substantia mediocriter spissa signi-
ficat causonidem vel synocham
vel flegma salsum et scabiem vel
febrem aut ex colera adusta
hyrcosia et habundancia sangu-
inis corrupti et calefacti Urina
vero inopos vel kacopos adus-
tionem in epate et renibus et ebulli-
cionem fortem significat vel rup-
turam vene in epate et renibus
vel purgacionem menstruorum vel
continuam fe de materia sanguinea
vel de colera mixta cum sanguine
putrefacta intra venas aut
putrefactionem eorum in epate et venis
et aliquam alteracionem vesice et
stranguriam Urina livida debi-
litatem caloris naturalis in epate
et venis significat et corrupcionem
cum putrefactione eorum in epate
venis et viis urinalibus significat
ergo ... stranguriam et apertionem
vene vel rupturam in viis illis
et vesice ulceracionem et febrem continuam
et ydropisim et specialiter asclitem
Que si sunt pauce quantitatis
et emissa cum difficultate in
febre continua mortem significat
remoto vicio vesice et viarum
urinalium in asclite cum virtutis
debilitate mortem omnino significat
et ptisim et empima et tussim
et aliquam ... et viciorum multis
Si autem multe quantitatis sunt
in die cretica apparent so-
lucionem febris continue et solu-
cionem quartane significat et solucionem
opilacionis epatis et splenis
Urina viridis adustionem in epate
et venis significat et ictericiam ni-
grum si breve sunt tempus
in quo incepit apparere adustionem

Inopos kacopos

Livida

Viridis

et ycteriam significat absque opi
latione. Si vero longum tempus
sint in quo incepit apparere signat
eandem ycteriam cum opilatione.
Unde cum aggregentur humores calidi
in epate et venis ut non recipi
antur ad sua loca propter opi
lationem ebulliunt fortiter in locis
non suis et calidis et virescunt
et miscentur cum urina et faciunt
urinam viridem et significant ad-
ustionem in membris epatis et illius lo
cis. Et propter hoc significat emitteniam
et spasmum de inanitione et mor
tem per viam adustionis finaliter.
Urina nigra cum sint multe
quantitatis solutionem quartane et
fluxum menstruorum significat et
ycteriam nigram ex parte
melancolie et humores quantitates per viam
adustionis in epate et venis et
viis urinalibus et ruptura vene
in locis illius significat etiam fixos et
codilomata et emorroydas et
quartanam et vitium in epate et
splene. Si autem non sint mul
te quantitatis et minus spissa et pauca
in quantitate perfectam adustionem et
mortem in febre continua significat.
Attendendum est hic quod si urina
viridis antecesserit nigra adustionem
et spasmum et mortem significat per viam
adustionis. Si vero lucida antece
serit nigra extinctionem caloris
et mortem per viam extinctionis significat.
Iterum urina que in principio spissa
videtur cum sit tenuis digestionem
significat; que non tenuis videtur
cum sit spissa significat digestionem.
Urina vero que semper est minus
tenuis et magis humida indigestionem
significat. Sciendum hic quod cum quod
urina rubea multotiens apparet
in egritudine frigida ut in opilatione

epatis et splenis et ydropisi cum
enim colera retinetur in epate
in ydropisi et propter opilationem ad
sua loca mandari non pos
sit necessario ebullit et miscetur
cum urina et facit ipsam rube[am].
Et propter hoc sapientes medici
misceant in tali casu res
diureticas calidas cum diureticis
frigidis ut est scriptum in suis
locis. Et similiter in colica fri
gida propter dolorem inflammantur
humores in corpore et miscentur
cum urina et fit urina colorata
similiter multotiens apparet urina
alba in egritudine calida ut in
frenesi mortifera cum enim
tota materia calida ~~ut in frenesi~~
rapiat ad cerebrum et relin
quit epar fit urina al
ba cum nichil cali miscea[tur]
cum ea propter eius absentiam ap[paret]
et alba cum apparet magnum ca
lidum sint in aliquo loco
congregatum ad quod omnes materie
calide mandantur et rema
net epar absque materia ca
lida que cum urina misceatur.
Et sicut in febribus in quibus
naturalis calor extinguitur
et tales urine quandoque mortem
communiter significat. Apparet
manifeste quod omnes colores
urine possunt dici v et non
amplius secundum rei veritatem sunt
infiniti et secundum quod mixtiones
materiarum possunt variari in
infinitum. Ex consideratis tamen
eas significationes sicut ex v
rina secundum quod contenta appar[ent]
propriis membris et infirmitatibus
et dispositionibus dicat eos signi
ficationes propter et videre quod signi
ficant urine. Cum alterum
urine que est continentia

Circulus quid sit

Urina nigra

Spissa
tenuis

equat

[illegible] Rubea
apparet in
egritudine frigida

cuius cum urina colligitur in vase
vitreo vel cristallino et mundo
tenso in figura simili vesice
que dicitur circulus urine est
similis urine in colore et
substantia non significat aliud quam ipsa
urina eo quod pars eius est et
fit circulus in urina ut in aliis
liquoribus sed quoniam ipse circulus
fit ex partibus magis levibus
ipsius substantie urine et aereis per
ipse circulus recipit aliquas
mutationes et varietates ex
habilitate sue aereitatis cum
agnoscite ex quibus medicus
accipit/trahet bonas et utiles
significationes. Si autem circulus te-
nuis lividus apparuerit cum quadam
plumbeitate significabit communem
infirmitatem cerebri ut epilepsi-
am vel paralisim appoplexi-
am spasmum. Si vero tremulus
fuerit et rubeus generaliter calidum
in cerebro et specialiter in parte
dextra. Si autem rubeus ob-
scurus fuerit dolorem vel capitis
in parte anteriori propter dominium
sanguinis significare poterit.
Circulus autem pallidus cum tenui-
tate visus fuerit generaliter me-
lancoliam significat et specialiter
propter dominium melancolie in sinistra
parte cerebri. Si autem agnosus
et spissus cum debilitate ad albe-
dinem apparuerit oblivionem
et molliciem in cerebro signi-
ficabit et specialiter in parte pos-
teriori propter dominium flatus in loco.
Ampulla granum — Circulus autem ampulla vel gra-
num vel spuma in superficie
urine apparuerit significabit
dominium humiditatis in qua medu-
sa est ventositas cum propter agitationem

contingentem ex vento et tunc
significat ventositatem simplicem cum
humido et specialiter in intestinis
et intestinis et appellatur am-
pulla. Aut contingente ex ca-
lore humorum vel super membra
et fit granum et significat crassum me-
lancolie acerbo ad inferiora
aut contingentem ex calore
movente humiditatem per viam e-
bullitionis et appellatur spuma
que significat excessum caliditatis
supra humiditatem in capite et in-
testinis et specialiter si cuius urina
fuerit multum tincta. Si autem
discolorata fuerit ventositatis
dominium significat. Nebula vero
apparens circa superficiem urine
vel infra significat super dominium
caliditatis resolventis humiditatem
in fumum et aerea nam aut
significat super habundantiam
flatus falsi qui sine acutate
humiditatem agitat et resolvit absque
consumptione et pruritu sed conge-
lat et in spiritualibus agitacionem
et commocionem. Talis est putredo
vel minis virus aut sanies
si in fundo vasis visa fuerit
ulcerationem in vesica et renibus
significat et distinguitur hoc
per dolorem loci et stranguria.
Monstrat pinguedo supernatans
urine liquefactionem renum aut
membrorum demonstrat distingu-
itur per dolorem et febrem quia
si fuerit cum febre et absque do-
lore tocius corporis liquefac-
tionem et ethicam dicit. Si vero
absque febre et cum renum
dolore renum liquefactionem infal-
libiliter dicit. Humor in fundo u-
rine cum apparuerit [illegible]
me febrilis significat et arthetica.

Spuma
Nebula
Putredo virus sanies
Pinguedo
~~Putredo~~ cum febre
Absque febre

Dicta inter saniem humorem et pinguedinem et ypostasim

siue dolorem et egritudinem circa
epar renibus et uesica. Si uero
natatiua sunt malicia in spiritua-
libus et ore sicut dicat. Differen-
tia est inter saniem humorem
et pinguedinem et ypostasim et
natura trahit hoc modo. In
ypostasi est claritas radio-
sitas et pulcritudo manifesta
et est cum residet in fundo uehe-
menter compacta alba pineata
et equalis et cum miscetur cum urina
quando mouetur uas non fit
urina turbida, neque post
quietem uelociter descendit
ymmo multociens non descendit.
Humor enim cum fuerit in fundo
uasis quamuis aliquando sit albus
apparet turbidus et absque radio-
sitate et pulcritudine et cum
miscetur corpori urine ascendi-
tur sepe corpori liquefit et
turbat totam urinalem et in-
fert dolorem et cum miscetur
cum urina turbificat totam uri-
nam et est eius odor malus
grauis uel fetidus et uelociter
descendit in fundo post motum
uasis in quo colligitur et humor
acer si non tam cito ut in eo
plus reperitur de acreitate.
Pinguedo supernatat semper
et nunquam coagulatur neque des-
cendit ad fundum et est si-
milis oleo in figura et dispositione.
Sanguinis cum in urina uisus
fuerit sicut ruptura uene
kilis uel in renibus aut in
uesica et distinguitur eius aduen-
tus per dolorem loci et quanti-
tatem et figuram quam acquirit
cum est in uase. Nam sanguinis
qui prouenit a uesica est pau-
cus et est coagulatus. Sanguinis

uero qui uenit a renibus et a kilis
est plus quantitate cum non sit
coagulatus. Arenule si albe
ut plurimum fuerint et cum dispositione
et grauedine et dolore circa
uesicam et femur a uesica
prouenerunt. Si aut rubee
ut plurimum euenerint et cum
grauedine et dolore circa quan-
tam spondilem dorsi usque
ad renes a renibus emittuntur.
Hec si apparuerint prime et non
ipse fuerint causa lapidem
generandum significant et si post
hoc steterit quod non appa-
ruerit et postea iterum ince-
perit apparere resolutionem la-
pidis firmati significat. Cum
pillose superfluitates apparent
in corpore urine et eius fun-
do significat calorem acci-
dentalem in renibus qui renum
substantiam resoluit et acquirit
hanc figuram ex renum
figura et specialiter hoc sicut
quando patiens absque febre
fuerit. Si uero cum febre fuerit
signum est quod hec infirmi-
tates pillose longe a mem-
bris simplicibus deciderint. +
Cum in urina circa fundum
contempte fuerint quedam re-
solutiones ... que similes
sunt partibus albis furfuris
que non mollitur et sunt
non bene rotunde et habent quan-
dam grossiciem sensibilem
significant quod accidentalis calor
infixus est in profunditate membrorum
consolidatorum et eorum substantias resol-
uit et propter hoc etiam speciem
ethice significat et erunt eas
significans ueriores si membra

+ resolutiones que a calore febrili resoluuntur uel incipiunt resolui et sunt quod emaciat ...
cum febrem ... uidetur et sunt. Cum superfluitates ... furfurales ... in urina et ...
... circa uesicam et femur et ... uesice scabies in uesica et uijs urinalibus monstrat
aut absque dolore et grauedine in partibus dictis apparuerint sanguis et humores adusti
in uesica sicut et ulcerem scabiem si absque febre infirmus fuerit. Si uero cum febre et sinto-
matibus ethicis uel ... ethice significat uel febre de salso fleumate

exteriora arida fiunt. Quando
fiunt in urina resolutiones subti-
liores furfuribus et magis rotun-
de et albe et maiores similes
squamis piscium sabulis (?) in re-
nibus et vesica et partibus illius
significant et in corpore adustio-
nem et flammam salsam et scabiem
et in renibus adustionem distinguuntur
eorum significationes per dolorem et
gravedinem in partibus vesice
renum et corporis et consolidationem
in habitudine exteriori. Si
vero exterior habitudo sicca
fuerit et in superficie aliquid
in modum pinguedinis nata-
verit, sanguinem (?) ethice de-
monstrat manifeste. Cum re-
solutiones albe minute similes
lathomis (?) in urina inesse fiunt
viris et mulieribus currentibus humo-
ribus ad nodos significant
et cum illi humores sint frigidi
et provenientes nodos et membra
dura resolvuntur ab illis humo-
ribus partes minute que cum urina
mittuntur et significant arthe-
ticam et dolorem in dorso et renibus.
Si circa fundum urine magis
apparuerint dolorem in partibus
inferioribus monstrant. Si vero
circa medium et superius apparuerint
dolorem et commotionem in collo
et superioribus partibus magis mo-
strant. Cum autem in muliere
non menstruata vel cum men-
strua non veniunt secundum usum
inesse fiunt tales resolutiones
residentes in fundo similes cor-
ticis vel bolbi (?) carminato (?)
purgationem significat. Reso-
lutiones spermatice cum in uri-
nis apparuerint dinumerate per
corpus urine habentes figuram
longam et rotundam et quasi sunt

albi coloris significat coitum
factum de novo naturalem vel non
naturalem aut emissionem sperma-
tis in sompno aut emissionem
spermatis involuntariam sicut
in gomorrea aut paralisim virge
et testiculorum et debilitatem virtutis
retentive spermatis in testiculo
et membris generativis. Significant
resolutiones cum apparent in
urina similes cineri et pul-
veri significat ficus et con-
dilomata et emorroydas
et vicium splenis et retentionem
menstruorum et habundantiam
melancolie et egestionem (?) melancolicam
menstruorum, vel tales super-
fluitates descendunt a materia me-
lancolica que de spe(?) facta fa-
cit tales generationes (?) cum ma-
teria sit talis coloris et sub-
sequuntur tales infirmitates prove-
nientes a tali materia. Ypo-
stasis est quedam congregatio
et est superfluitas tercie di-
gestionis que separatur ab liquidis (?)
et humoribus cum generantur
in singulis membris quam in sanorum urina
urinis non videtur eo quod natura
resolvit eam in fumos et
vapores. In urinis non infir-
morum videtur eo quod natura
illam resolvere superfluitatem
non potest. Si tamen est potens di-
gerere humores in venis ex-
pellit venarum caudes (?) super-
fluitatem ad exteriora per easdem
vias per quas humores intro-
ierunt ad membra et in corpore
et miscentur cum urina et extra
expellitur. Ypostasis quedam
appellatur naturalis, quedam non
naturalis. Naturalis dicitur in qua
consistantie et differentie reperiuntur

que sunt. b. Secunda quidem est ut
resideat in fundo eo quod deti-
netur a membris humilibus gra-
vitatem et secundum hoc gravi-
tatem habere convenit quod sig-
nificat quod natura non impeditur
ab infirmitate in suis actionibus
sed dat unicuique quod suum est
secundum locum et alia ut in ipsa
sua continuitate pertinet
habeat quod significat uniformes ac-
tiones nature ut in ipsa et in
similitudinibus humiditatibus et humo-
ribus a quibus separata sunt.
Tercia est ut habeat figu-
ram pineatam que significat
nobilem et perfectam actionem
nature in digestione cuius est super-
fluitas eo quod unicuique per-
tinet in composito partium par-
tem videlicet partibus spissis
et grossis et quibus inferiorem
locum aereis et igneis in
ipsa ypostasi locum superio-
rem et sic ipsa ypostasis ex
hoc acquirit acuitatem
in parte superiori et grossiciem
cum latitudine inferiori et propter
hoc habet formam pineatam.
Quarta est ut sit albi coloris
nature que significat quod natura
in tercia digestione assimilat
membris per viam digestionis eo-
rum nutrimentum quod est album
et ex hoc superfluitas illa
nutrimenti albedinem acquirit
in sua mutatione. Quinta ut
contineat sua apicio in parte
usque ad finem que significat quod
natura in suis actionibus non
impeditur quando continue per
incepit sed faciat quod suum
cum cum talis superfluitas

incepit apparere in urinis cum
dicitur dicta perfectam digestionem
in venis et membris omnibus et
victoriam nature super materiam
morbi et sic salutem denun-
ciat ex necessitate futuram. ypo-
stasis nature in naturali appellatur
que peccat in una differenciarum
vel pluribus/herbi gratia que
peccat in colore quia sit ni-
gra et residens in fundo significat
quod natura deficiat in suis
propriis locis et destruit et per hoc
significat extinccionem caliditatis
naturalis et mortem que non ob-
servat tempus secundum continuacionem
sue apparitionis significat quod natura
non possit in suis actionibus
et per hoc debilitatem nature et
impedimenta in membris notat
et maliciam materie ad resistendum
operationibus naturalibus. Quando vero
ypostasis peccat in continua-
cione substancie et forma et quod non
residet in fundo significat debi-
litatem nature que non potest
resolvere fumos et vapores
et ventositatem que dissolvit
continuacionem substancie et elevat
ipsam ypostasim a loco in quo
residenciam habere debet propter naturam
ut dictum est supra et cum hoc
significat maliciam materie quia natura
vincere perfecte non potest et longam
infirmitatem et male habi-
lem. Variatur item urine
significatio per etatem nam ~~na~~ urina
in puericia discolorata et
spissa est et hoc propter gulo-
sitatem et humiditatem multi-
plicatam in eis/humiditas enim
obtundit calorem et inspissat
superfluitates sed in virginitate

z i virgine vrina livida videt
z non serena vel clara z hoc
est propter congregacionem super-
fluitatum que debent purgari
per coytum sed in eis qui coytu
vtuntur. In sane sint non sunt
livide ymo serene ex gratia
ta. In iuventute vrina fit colo-
rata z tenuis mediocri bon-
itate coloris naturalis perficientis
digestionem z dantis vnicuique quod
suum est. In senectute cum calor
iam incipiat minui fit pal-
lida z tenuis quodam modo cum
superfluitatibus que separantur a me-
bris z humoribus qui non rapi-
antur. In senibus fit discolora-
ta z tenuis propter naturam ex dominio
frigiditatis cum siccitate ita sit z reso-
luciones apparent maiores i ea
que a membris resoluuntur ex
humoribus adustis que pendunt
prurituum naturalem in decrepi-
tis. Paccius vero vrine eorum que
sunt in senectus spisse sunt propter
humiditatem multiplicatam in membris
z cope per viam indigestionis que
insistentes cum vrina z ipsam tur-
bificant z inspissant // Secundum sexum
variatur vrina z nam vrina vi-
ri coloratior z magis digesta est
naturaliter quam mulieris vrina.
Vrina vero mulieris magis spis-
sa est z turbida z athomosa
quam viri. Pacius hoc
dicit aliorum variet propter
purgacionem. Vrina de i mulieri-
bus variari quod vrina pregna-
tis primo mense z secundo spissa
z turbida videtur z i cius fun-
do z per corpus vrine sunt re-
soluciones albe i modum bobacis
carminati vel coti 3o z 4o z
5o mense fit vrina magis

clara z serena z cum minoribus re-
~~soluentibus~~ solucionibus z in-
in quantitate ex frequencia mingit
ex grauedine matricis adue-
siam. Secundum tempus variatur
etiam vrina quia tempus calidum
calefaciat corpora z humores z
frigidum infrigidat vnde coloratur
vrina vel discolorata multipli-
catur vel diminuitur estas minuit
vrinam z yemps multiplicat.
Paccius vero tempus mutat vri-
nam i contrarium sue nature. Complexio
mutat vrinam quia calor com-
plexionis calida tingit vrinam
frigida non tingit sicca indu-
cit tenuitatem humida spissi-
tudinem z secundum hoc colerici fa-
ciunt vrinam coloratam z tenuem
sanguinei coloratam z spissam
melancolici discoloratam z te-
nuem flegmatici discoloratam
z spissam. Variat secundum habi-
tudinem vrina z / quia habitu-
do sicca vrinam tenuat hu-
mida eam spissam reddit re-
pleccio z inanicio vrinam va-
riant nam inanicio diminuit
vrinam in quantitate z addit in
colorem eiusdem rubificando
eo contrario repleccio operatur. Qua-
litate cibi z potus z quantitate
variatur vrina in substantia z colo-
re nam cibus calidus tingit
vrinam z siccus attenuat hu-
midus inspissat. Frigidus non
non tingit vrinam. Itera
multiplicacio potus multipli-
cat z paucitas vrine mi-
nuit quantitatem / ~~Accidencia~~
~~anime disponunt vrinam~~. Ex mo-
tu z quiete fit vrine variacio
per se z paccius per se ut motus
multiplicando calore z confortando

digestionem urinam tingit et facit spissam eam mediocrem sed finaliter destruendo humiditatem substantialem contingunt calorem et infrigidat corpus et fit urina discolorata et tenuis. Otium et debilitas et in principio aggregando calorem intra paciendo tingit urinam sed cum longa sint aggregando humiditates obtundunt calorem et facit directe urinam discoloratam et spissam eo quod flegma multiplicat. Sompnus et vigilie urinam variant. Nam sompnus in principio tingit urinam et si non sint nimis longi reddit ipsam digestam. Si vero longi sint et superfluitates facit urinam discoloratam et spissam. Vigilie multiplicando calorem et inmorando superfluitates in principio urinam tingunt et faciunt ipsam mediocrem in substantia sed finaliter consumendo corpus attenuant urinam et faciunt ipsam discoloratam. Similiter disponunt urinam que aut renovant calorem additiora in principio cum tristicia sollicitudo et nimia cogitatio et similia in principio tingunt eam sed finaliter destruendo digestionem in stomacho et epate discolorare faciunt urinam et reddunt eam tenuem. Gaudium vero et leticie confortando calorem et equando complexionem virtutem digestivam in epate et intestinis confortant et sic reddit urinam bene coloratam et mediocriter spissam et naturalem. Item de hora inspectionis significationis urine variatur. Quidam voluerunt quod urina propria est per sex horas debeat videri sed non est verum quia turbacio eius fetida et mutatur eius color

nota

ab eo quod fuit ante et falsificatur eius significatio et quamvis aliqua urina non turbaretur per moram acquirit disposicionem ab aere continenti et eius calor contingitur a quo erat rectificata ita quod non faceret veram significationem et propter hoc voluerunt omnes physici quod urina non est videnda nisi usque ad horam unam postquam facta est. Et visio in illa hora dividenda est in tres partes hoc modo statim cum mincta est debet videri et post per aliqua hora fecit et in fine hore quia in hoc tempore acquirit omnes varietates cum quibus medicus rectificat eius significationem et que sunt ydonee ad considerandum super eius significationem. Item sicut de horis voluit determinare de loco et vase in quo videnda est. Vas debet esse de vitro vel cristallo et mundo claro lucido et debet habere formam vesice et debet videri in loco claro ubi sol non suos mittat radios quia disgregando visum et attenuando calorem urine variatur eius significatio. Item non debet esse multum longinqua a visu aspicientis nec nimis propinqua quia quanto magis appropinquat ad visum tanto spissior videtur et quanto magis elongatur a visu tanto clarior videtur et hoc est propter superfluitates que in ipsa sunt a cum substantia urine non minimi sed negat de ipsa. Quinto in aliis regionibus reperitur quamvis sint plerumque omne balneum eo quod trahit superfluitates ad cutim urinam attenuat sed quia balneum

alud est aq dulc alud est
sulphurce alud henen all-
ud gipseum calor vrie ua-
riat fm natu balnei nam
balneu dulce non multum
tingit vrina sulphureum
z alia sic z plus attemant
vrina qm dulce balneum
Unaces ciupla z medicine q
ore sumunt vrina variant
va medicine q hore summi
vrina variant fm earu cplexi
sbam z colorem vrie tingut
q si sut sbe eas croce ul
nigre aut viddes seu alti
color variant vrina penes
eos colores z si sunt cale
ul frie addunt i colorem ul
diminut fm qp eas cstat q
plexio si no sue ul hunde
sumit mutat sbam vrie fm
spissitudinem ul tenuitatem
Exempla ul unaces frie ul
cale frigide discolorae fut
vrinam z cale colorae fed
pacaues frigide agregando
fta facie addunt in colore
superflinitu fmalit colligunt
calorem z dealbant vrina
qua faciunt fmalit v sim
est z nam, cale no addunt
i colore fmalit z sa facie p
viam nalem eo qp calm se
nalit calefacit z addit in
colorem ut sequitur

Cam xxxvii de significati-
nibus egestionis etc.

Sicut vria e gnalis su-
perfluitas digestionis se-
cunde z fit sup egestes epatis
z venas z regnes sup egestes
toti9 corporis cu intestina
z stomacus recipiat omnes
superfluites a toto corpe me
diantibus mesaraicis Ergo
alia bona est z natural

Alia est que no est bona sz
elongata e a nali z bona e
gestio nalis z bona est illa
que no peccat in sba neqz i
qutte neqz mo neqz qualite
z que expellitur hora ut
hors cvenientibus dicit qp ego
no peccat in sba qn no est
liquida ut fluat neqz exic-
cata i ma lapidis s est me-
diocris sbe qn no est penes
sbam assumptos tuc no peccat
in qutitate Qn no emitti
semel ul ter in die z qualit
qn homo surgit ul in aurora
aut fm horas ul horam c-
suetam i mllo mo i mo neqz
hora peccat Cu em ego tal
cu illis cdicionibus sunt visa
in aliquo homine sano ut si
mo sanitate z bonitatem sup
intestina z stomacu z ora
nuttima sigt z pq sequens
sup totum corpus z signifi-
tat qp nichil mali manda
ad intestina ul stomacum
a membris neqz cpe qp posset
mandari si in cpe z membris
cpmetur cu intestina et
stomacus cpment ul maxi
ma affinitatem heant cum
cpe z omnibus membris ipsis
mesaraicis mediantibus ut est
notorium studentibus i atho
nomiis physicis Et si cu ista
mensura est no plenus ven
ter superfluitatibus s variu
z tractabilem z spissum z
carnosiu z non extenuatu
siccu ul arridum erit ei9 sig
nificatio melior z nobilior
sup sanitate vniusalem
Nec nalis z q egressa est
a dispone nali est liquida
que fit absqz sonitu ventosa

Cu no ei9 color fuit citrinus ul ingenus ad citrinitatem dl obseruare qualitatem ul
colorem nalem z odore cu no fetet plus solito z qp no vrit i exitu ul cseruet
Color ei9 nalis dbet esse citrinus qz fmalit z i vasis nali cola manda ad vesica
fellis ad intestina ut pungat musculos quibus ita expulsiua pficit sua opacitate
i expellenda superfluites cu qualiter intestina gbeus z ut viscositatem superfluitatis
deleat q eas impediret expulsionem z pro colore citrino cmisceat cu superfluitatibus
eas tingat

signum enim quod natura expellit super-
fluitates non convenientes ad
nutrimentum propter quod impediatur
a morbo et indigestione. Et signum
huius est quia exit egestio
absque sonitu et cum ordine quo-
niam fiat liquida per viam indi-
gestionis aut per expulsionem
materie que est causa infirmitatis
ad intestina et ad stomachum
et cum hec infirmus alleviatur
propter hoc autem infirmitas deficit
secundum sensum vel consideracionem
licet tamen quod liquida est non
est consonans nature et signum
quod natura laborat contra aquosi-
tatem quod vincat vel vincere potest
que est non naturalis mala et
secundum hec talis egestio non naturalis
est propter bona indicari possit
propter sua consequencia. Si vero
talis egestio que liquida est per indis-
tantiam non mundificat superflui-
tates non convenientes ad iuvamen-
tum immo consequitur causa infirmitatis
presentis consideraret in aqua dic
cretica significat tunc dominium
nature super infirmitatem et quod
intestina omnia videlicet epar
et splen stomachum et intestina
efficiunt sana et quod suis acci-
dentibus regent apta et non
a morbo vel infirmitate. Si vero
talis egestio permanet in sua liqui-
ditate et exiret absque ordine
et frequenter et cum sonitu et infesta-
ret egrum vigiliis et labore
et sic induceret debilitatem in infir-
mo finaliter et mortem nam
talis egestio non sit talis et talis
condicionis nisi per victoriam in-
firmitatis et cause super naturam et
super operaciones naturales ex-
istentes in epate intestinis
et toto corpore. Egestio aquosa

liquida et alba signum destruccionis
digestionis in stomacho et virtutis reten-
tive debilitatem et propter hoc signum
quod nichil de colera ad intestina
et stomachum mandatur. Sed egestio
citrina significat multitudinem
colere mote cum egestione et propter hoc
dominium eius commixtione caliditatis super
intestina et totum corpus. Egestio
non viridis generate propter ultimam adus-
tionis que convenit egestionibus
et fit viridis secundum illud. Fit et
viridis ex commixtione herbarum
quas digestio non rectificat in
stomacho sicut sunt blete
et porra et similia. Sed refert
quod viriditas que fit in egestionibus
per victoriam colere viridis vel
citrine aduste est absque visco-
sitate vel tenacitate ipsius sed
adherencia ut in visco et tereben-
tina et talis egestio viridis que
fit per admixtionem colere viridis
signum excessum caliditatis commixtione
in stomacho et epate et totius adustionem
et spasmum finaliter. Egestio
vero viridis que fit ex commix-
tione herbarum significat in-
digestionem et debilitatem caloris
naturalis in stomacho et epate et dimi-
nutionem nutrimenti quod solet mem-
bris mandari eo quod stomachus male
cibaria et impossibile rectificat propter
maliciam receptam in herbis
et fructibus non maturis et malis.
Si autem cum egestione lumbrici
fiunt mortui et expulsi est
signum fortitudinis nature et eius po-
tencie in expellendo super-
fluitates malas et specialiter
si hoc fiat in die cretico vel
alia crisim. Si autem absque e-
gestione expellant mortem
significant secundum mortuis sine

vini sunt neque moriet uer-
mes ꝑpt i cotinencia nisi uel
defectu ad expelliora ut non mo
riant cum infirmo sed ut obs-
uent esse nali Egestio pau-
ca uiscosa lenis siue sit al-
ba siue citrina semper mortal
est in omni egritudine acuta et
non acuta na fit pauca ex
debilitate expulsionis et inobedi-
enciam eius quod expelli debet
viscosa fit ex liquefactione
adipis noui que liquefit aca-
liditate que non est uehementis
malicie et alba ex ipso adi-
pe qui medium prerimit le
uis siue equal fit quum non
est in egestione mala aliqua
pars cum non exeat noctum
tum ab infirmitate et cum sit ego
bona et nalis dicit lenis et
equal Cum non exeat in te
que digerit aliqua pars quam
natura non rapiret et resol
uat et fit secundum istum modum equalis
per viam nisi et alia equal per via
tinalem et mala fit et alba
et uiscosa et pauca ex humori
bus uiscosis cum male expel
lunt et alba ex eisdem humori
bus et crudis et lenis ex eorum
lenitate sed differt hoc a su-
periori quia que fit pauca
uiscosa alba lenis propter liq-
factionem adipis est fetens Que
uero ex humoribus fit non est
fetens et utraque est mala
in sua natura et mala egestionem
sequitur uel mortalem uel lon
gam Cum non tal ego pauca
uiscosa lenis fuit citrina
uel uiridis sequitur liquefactionem adi-
pis uetiris que fit a calidi-
tate uehementiori malicie et citeriori

qum sit calitas liquefans nouam
adipem et secundum hoc est significacio
nequiori et magis tenebrosa
Egestio uero nigra uel uiridis pu-
uida et fetida mortem absque du-
bio sequitur nigra aut fit propter
adustionem melancolie pure et
male incentis in partibus int-
terioris sed viridis fit propter admixio-
tionem melancolie aduste et male
que sequitur adustionem et spasmum
prasinus uero fit propter liquefactionem
adipis que fit a calidi ignea
quam natura temperare non potest fe
tida uero fit a caliditate aculi que
induat ebullicionem in humiditati-
bus intrinsecis et naturalem in eius
destruit caliditatem et per hoc
sequitur putrefactionem in humoribus et toto
et toto corpore Ego uero diuersorum
colorum est mala et significa-
tiua mortis uel sequitur longitudinem
morbi multorum natalis e-
gestio naria et que est multorum
colorum et multarum diuersitatum
notat quod in ea egrinus est diu-
sarum nalis et quod humores ma-
li et diuersi sedant in corpore
in quibus natura uniformiter
agere non potest ymo ex eorum di
uersitate et malicia non regitur
